Hh 75886

DRUKARNIA
KASY im. MIANOWSKIEGO
WARSZAWA, PAŁAC STASZICA

REGESTA LITHUANIAE T. 1

STUDIA SEMINARII HISTORIAE EUROPAE ORIENTALIS
UNIVERSITATIS VARSOVIENSIS CURA OSCARI HALECKI EDITA

N. 1

# REGESTA LITHUANIAE

AB ORIGINE
USQUE AD MAGNI DUCATUS CUM REGNO POLONIAE UNIONEM

TOMUS PRIMUS

TEMPORA USQUE AD ANNUM 1315 COMPLECTENS

RECENSUIT
Henricus Paszkiewicz

SUMPTIBUS
SOCIETATIS MIANOWSKIANAE PATRONAE STUDIORUM LIBERALIUM
VARSOVIAE
1930.

# REGESTA LITHUANIAE

PRACE SEMINARJUM HISTORJI EUROPY WSCHODNIEJ
UNIWERSYTETU WARSZAWSKIEGO POD REDAKCJĄ O. HALECKIEGO

N. 1

# REGESTA ŹRÓDŁOWE DO DZIEJÓW LITWY

OD CZASÓW NAJDAWNIEJSZYCH AŻ DO UNJI Z POLSKĄ

TOM 1: Do r. 1315

OPRACOWAŁ
Henryk Paszkiewicz

NAKŁADEM
KASY IM. MIANOWSKIEGO, INSTYTUTU POPIERANIA NAUKI
WARSZAWA, PAŁAC STASZICA.
1930.

STUDIA SEMINARII HISTORIAE EUROPAE ORIENTALIS
UNIVERSITATIS VARSOVIENSIS CURA OSCARI HALECKI EDITA

N. 1

# REGESTA LITHUANIAE

AB ORIGINE
USQUE AD MAGNI DUCATUS CUM REGNO POLONIAE UNIONEM

TOMUS PRIMUS

TEMPORA USQUE AD ANNUM 1315 COMPLECTENS

RECENSUIT
Henricus Paszkiewicz

SUMPTIBUS
SOCIETATIS MIANOWSKIANAE PATRONAE STUDIORUM LIBERALIUM
VARSOVIAE
1930.

D-31/82

Uniwersytet Warszawski BIBLIOTEKA Wydz. Hum. Filia w Białymstoku
75886

PAMIĘCI

WITOLDA

W. KSIĘCIA LITEWSKIEGO

W PIĘĆSETNĄ ROCZNICĘ ZGONU

PRACĘ TĘ POŚWIĘCAMY,

ABY UŁATWIŁA ZBADANIE PODSTAW,

NA KTÓRYCH OPARTY

Z POMOCĄ POLSKI CHWAŁĘ DAWNEJ LITWY

ZNAKOMICIE POMNOŻYŁ.

WYDANO z DUBLETÓW
Biblioteki Narodowej

MEMORIAE

ALEXANDRI ALIAS VITOLDI

MAGNI DUCIS LITHUANIAE

QUINGENTESIMO MORTIS EIUS ANNIVERSARIO

QUO FUNDAMENTA QUIBUS INNIXUS

POLONORUM AUXILIO

LITHUANORUM PRISCAM GLORIAM CLARISSIME AUXIT

FACILIUS ACCURATIUSQUE COGNOSCI POSSINT

HOC STUDIORUM INSTRUMENTUM

DEDICATUR

## PRZEDMOWA

Kilka lat temu, jako przedmiot ćwiczeń zbiorowych na zebraniach mojego Seminarjum historji Europy Wschodniej wybrałem znane wydawnictwo Ignacego Daniłowicza p. t. »Skarbiec diplomatów...« Każdy z uczestników ćwiczeń podjął się wówczas krytycznego opracowania pewnej ilości numerów tego zbioru, stwierdzając, jakich by one wymagały poprawek i uzupełnień, aby odpowiadać dzisiejszemu stanowi wiedzy historycznej.

Pojmowałem te wspólne prace nietylko jako środek dydaktyczny, lecz także jako przygotowanie do nowego wydawnictwa naukowego. Myślałem od początku o reedycji »Skarbca« Daniłowicza, który swego czasu był dziełem niezwykle cennem i zawsze pozostanie zaszczytnym pomnikiem polskich studjów nad dziejami Litwy, który jednak dzisiaj, w 70 lat po ogłoszeniu, a blisko 100 lat po zebraniu materjałów, jest z konieczności zupełnie przestarzały i nieraz tylko w błąd wprowadza cytujących go jeszcze historyków.

Postanowiłem ograniczyć się przy tem do dziejów Litwy pogańskiej, przed unją z Polską, t. j. do okresu, w którym źródła odnoszące się do samodzielnego państwa litewskiego tworzą wyraźnie wyodrębnioną całość. Mimo to jednak stwierdziłem niebawem, że podjęta praca, niezwykle żmudna, wymagająca właściwie przygotowania publikacji całkiem nowej, zgoła odmiennej od pierwowzoru, natrafia na podwójną trudność.

Przedewszystkiem nie mogłem wymagać od wszystkich członków Seminarjum, aby poświęcali temu przedsięwzięciu tyle czasu i trudu. Trzeba było wybrać w tym celu kilka osób, szczególnie chętnych i uzdolnionych do tego rodzaju studjów, i zapewnić im pewne, chociażby skromne wynagrodzenie. I tutaj właśnie przyszedł mi z pomocą Wydział Nauki Minist. W. R. O. P., przyznając mi stały zasiłek miesięczny, całkowicie przeznaczony na wynagradzanie specjalnych badań naukowych, podjętych przez członków Seminarjum. Pragnę to zaznaczyć w tem miejscu z prawdziwą wdzięcznością.



## PRAEFATIO

Abhinc aliquot annos, cum deliberassem, quid potissimum in Seminario Historiae Europae Orientalis tractarem, notum librum Ignatii Daniłowicz, qui »Thesaurus diplomatum« (»Skarbiec diplomatów...«) inscribitur, delegi. Itaque unusquisque Seminarii mei participum laborem criticae tractationis certi numeri diplomatum huius libri suscepit, demonstraturus, quae in iis corrigenda quaeque supplenda essent, ut cum praesenti scientiae historicae statu congruerent.

Hoc autem labore communi fore putavi, non solum ut discipuli mei in arte historica erudirentur, sed etiam, ut novum opus paretur. Iam tum enim »Thesaurum« Daniłowicz denuo edere in animo habui; qui liber quamquam et olim pretiosissimus fuit et semper clarissimum monumentum Polonorum historiae Lithuaniae studiorum permanebit, tamen nunc 70 annis post, quam publici iuris factus, prope 100 autem post, quam materia collecta est, necesse vetustior sit rerumque scriptores, qui eo utuntur, saepe in errorem inducat.

In hac autem re continere me constitui, ne ultra res Lithuaniae paganae, antequam terra illa se cum Polonia coniunxit, gestas excederem; nam huius aetatis fontes, qua Lithuania suo arbitrio regebatur, unum quoddam corpus faciunt. Nihilo tamen minus brevi conspexi laborem susceptum, qui, cum re vera opus novum, ab archetypo omnino discrepans, pararetur, gravissimus esset, duas difficultates habere.

Primum postulare non potui, ut omnes discipuli mei in hanc rem tantum temporis operaeque conferrent. Deligendi erant aliquot iuvenes, ad huius generis studia aptiores alacrioresque, praemiumque iis etsi non magnum, at certum proponendum. Hic quidem Sectio Scientiae Ministerii Instructionis Publicae (Wydział Nauki Minist. W. R. i O. P.) opem mihi tulit, quae se certam pecuniam singulis mensibus mihi tributuram promisit, ut studia

Pozostawała jednak trudność druga. Praca tych młodych, początkujących sił, wśród których wymienić należy ze szczególnem uznaniem p. A. Humenickiego, obecnie magistra historji, nie mogła zapewnić zamierzonemu wydawnictwu odpowiedniego poziomu naukowego. Sam zaś musiałem się ograniczyć do inicjatywy i ogólnego nadzoru nad postępem pracy. Istotne natomiast jej wykonanie i przygotowanie do druku jest zasługą p. docenta Dr. Henryka Paszkiewicza. On to jak najstaranniej skorygował i uzupełnił zebrane materjały drogą własnych badań, które przez czas dłuższy prowadził w bibljotekach krajowych i zagranicznych. W toku tej mozolnej pracy p. doc. Paszkiewicz przygotował też własne dzieło konstrukcyjne, obejmujące całokształt historji Litwy przedchrześcijańskiej; ukazać się ma ono w niedługim czasie.

Rzecz jasna, że wobec ubóstwa dokumentów, odnoszących się do najdawniejszych dziejów Litwy, wydawnictwo niniejsze może spełnić swoje zadanie przewodnika po całym materjale źródłowym tylko przez równoczesne uwzględnienie wzmianek o Litwie i w źródłach historjograficznych, jak to uczynił już Daniłowicz. Zresztą numery dokumentów w ścisłem tego słowa znaczeniu zestawione są w osobnym dodatku. Mimo tej oczywistej różnorodności zebranego materjału wybrałem dla całej pracy, wobec braku odpowiedniego terminu, wygodny przy cytowaniu tytuł regestów, dając w tym wypadku temu wyrażeniu całkiem ogólne znaczenie skrótu i wypisu z wszelkiego rodzaju źródeł.

Aby zaś z tej pracy polskiej, poświęconej wzorem Daniłowicza przeszłości Litwy, mogli korzystać bez przeszkody uczeni wszystkich narodów, wydajemy ją w międzynarodowem języku nauki, jakim jest piękny i czcigodny język łaciński.

O. HALECKI.



specialia, ab seminarii participibus suscepta, remunerari possem. Cui pro hoc beneficio sinceras gratias hoc loco agere iuvat.

Restabat tamen altera difficultas. Nam horum iuvenum, inter quos praecipue A. Humenicki, nunc philosophiae magister, nominandus est, huius generis studia primis labris gustantium, labor omnibus condicionibus, quas hodiernus scientiae historicae status ponit, satisfacere nequiebat. Ipse autem, praeterquam quod initium feceram regimenque commune gerebam, nulla alia re propter multas occupationes adiuvare eos poteram. Totum vero opus perfecit materiamque collectam in lucem prodendam curavit doctor Henricus Paszkiewicz, Universitatis Varsoviensis docens. Ille materiam supradictam diligentissime correxit suisque propriis studiis, in quae diutius in bibliothecis Polonis et extraneis incubuerat, supplevit. Atque hoc labore gravi progrediente doctor Paszkiewicz suum quoque ipsius opus, quo tota eiusdem terrae usque ad fidei christianae receptionem historia tractatur, composuit. Quod brevi publici iuris fiet.

Sed ut opus nostrum velut dux in tota, quam fontes amplectuntur, materia re vera esse possit, cum documenta, ad historiam Lithuanorum antiquissimam pertinentia, non multa sint, eas quoque de Lithuania mentiones, quas apud rerum scriptores invenimus, huic libro inserendas fuisse apparet, quod etiam Daniłowicz fecit. Ceterum documenta, quae ita stricte dicuntur, seorsum in additamento collata sunt. Quamquam igitur materia collecta varia est, toti operi titulum regesta — nam aptior terminus deest — ad citandum idoneum, indidi; quae vox hoc loco communem compendii ac ex omni genere fontium excerpti notionem habet.

Ut autem hoc opere Polono, quo — exemplum Ignatii Daniłowicz secuti — historiam Lithuaniae tractamus, omnium populorum viri docti sine ullo impedimento uti possint, lingua gentium atque scientiae, id est pulcherrima venustissimaque lingua Latina, hunc librum edimus.

O. HALECKI.

## WSTĘP

Zadaniem niniejszego wydawnictwa jest zestawienie w porządku chronologicznym krótkich »regestów« wszystkich wiadomości źródłowych, dotyczących najdawniejszej historji Litwy. Tom I sięga po czasy Giedymina; tom II kończyć się ma na unji polsko litewskiej, ukoronowanej małżeństwem Jadwigi z Jagiełłą (1386).

»Regesta« obejmują dzieje Litwy właściwej z Jaćwieżą, Żmudzią i plemionami pogranicza pruskiego (Galindzi, Nadrowici, Skalowici i Sudowici) oraz z ziemiami, które weszły stopniowo w skład państwa litewskiego. Usunięto natomiast plemiona łotewskie i pruskie, a to z kilku względów: przedewszystkiem z powodu zbyt obfitej ilości źródeł (w porównaniu do ściślejszej Litwy), ich dotyczących, a pozostających przeważnie w związku z działalnością zakonu krzyżackiego, pruskiego czy inflanckiego. Przez zacieśnienie ram terytorjalnych wydawnictwo zyskało niewątpliwie na pewnej zwartości. Za tego rodzaju postanowieniem przemawiał również ważny wzgląd natury praktycznej — fakt, że zarówno Prusacy jak i Łotysze mają swe źródła zebrane w kilku zasadniczych wydawnictwach, przedewszystkiem, jeśli chodzi o materjał rocznikarski i kronikarski, w Scriptores rerum prussicarum i livonicarum, a dokumenty — w starym kodeksie pruskim Voigta czy nowym Philippi-Wölky i Seraphima, zaś Inflanty — u Bungego w Liv. Est. u. Curländisches Urkundenbuch. Tymczasem materjały, dotyczące przeszłości Litwy, Żmudzi czy Jaćwieży, są niezmiernie porozrzucane. Wystarczy przejrzeć załączone poniżej »Zestawienie źródeł« (Index operum), by przekonać się o słuszności powyższego spostrzeżenia. Nietylko więc ubóstwo, ale i rozbicie materjału źródłowego jest w dużej mierze przyczyną dotychczasowej słabej naszej znajomości Litwy w czasach jej największej samodzielności politycznej. Jedno tu nasuwa się zastrzeżenie. Oto włączono do niniejszego wydawnictwa źródła z przed X w., wzmiankujące o t. zw. Estach. Trzeba się bowiem było liczyć z faktem, że brak z tego okresu



## INTRODUCTIO

In conficiendo hoc libro id spectavi, ut brevia omnium ad historiam Lithuaniae antiquissimam pertinentium notitiarum, quas fontes afferunt, »regesta« ordine temporum conservato conferrem. Tomus I res Lithuanorum usque ad Gedimini aetatem gestas, tomus II — ad tempus, quo Lithuania se cum Polonia coniunxit atque Jagello Hedvigem in matrimonium duxit (1386), continet. Complectuntur autem »Regesta« historiam Lithuaniae propriae una cum Jaczwingis et Samogitis gentibusque, quae Prussiae finitimae fuerunt (Galinditae, Nadrowitae, Scalowitae, Sudowitae), atque cum terris, quae deinceps Lithuanorum civitatis provinciae factae sunt. At Livones et Prussi exclusi sunt, idque aliquot de causis factum. Primum enim copia fontium, ad has terras pertinentium, si eam cum fontibus Lithuaniae propriae compares, nimis magna est et plerumque etiam ad res gestas ordinis Cruciferorum, Prussici et Livonici, attinet; quibus exclusis brevitatem assequi voluimus. Deinde Prussi et Livones fontes suos iam aliquot capitalibus libris collectos habent: annales et chronica in Scriptoribus rerum Prussicarum et Livonicarum, documenta — illi in vetere codice a Voigt et novo a Philippi - Wölky et Seraphim edito, hi — apud Bunge in Liv. Est u. Curländisches Urkundenbuch; materia autem ad res Lithuanorum Samogitarum Iaczwingorum pertinens variis libris dispersa est. Quod verum esse »indice operum« perlustrato satis apparet; itaque non solum inopia, sed etiam dissipatione fontium evenit, ut adhuc Lithuaniae historiam aetate, qua plurimum valuit, parum noverimus. Hic tamen animadverti velimus in hunc librum fontes, qui ante saeculum X exstiterunt, ad Estos, qui nominantur, pertinentes receptos esse; nam ad historiam Lithuanorum illius aetatis cognoscendam nulli alii nobis fontes sunt, utrum autem Esti illi consanguinitate cum reliquis Lithuanorum et Livonum gentibus coniuncti essent necne, decernere noluimus.

Terras, quae olim diuturniore aut breviore tempore in potestate

wszelkich innych wiadomości o Litwinach — a trudno przesądzać sprawy, czy owi »Estowie« nie odnoszą się niekiedy do całości plemion litewsko - łotewskich.

Nie włączano do »Regestów« terenów, które niegdyś dłużej czy krócej były w posiadaniu Litwy, później jednak zostały przez ościenne państwa zdobyte i tylko jako ich własność figurują w źródle.

Litwini, którzy żyli poza granicami swego kraju, na obcych ziemiach np. Dowmont—w Pskowie, Aleksander, biskup twerski, Litwinki — żony książąt polskich i t. p. oczywiście, znaleźli należyte uwzględnienie. To samo dotyczy i biskupów litewskich.

Tyle — jeśli chodzi o miano »Litwy«, o tytuł i treść niniejszego wydawnictwa. A teraz kilka uwag o jego podstawach źródłowych.

Przyjęto za zasadę opierać »Regesta« na materjale, chronologicznie biorąc, najbliższym omawianym wypadkom t. j. na źródłach najwcześniejszych (i to tylko możliwie według ich ostatnich wydawnictw). Pominięto zaś całkowicie wiadomości późniejsze, powstałe często po kilku stuleciach, o ile one w treści swojej są jedynie powtórzeniem źródeł o wiele bardziej wiarogodnych, lub też jeżeli zawierają pewne zmiany, odchylenia od pierwowzoru, rażące swą bałamutnością. Uwzględniono natomiast wiadomości późniejsze, o ile istnieje możliwość, iż zaczerpnięte zostały ze źródeł wcześniejszych, dziś zaginionych.

Dla ilustracji niniejszej tezy pozwolę sobie przytoczyć Długosza. Wiadomo, iż wielki dziejopis rozporządzał bliżej nam nieznanemi rocznikami mazowieckiemi, ruskiemi i in. Jest on dziś główną czy też jedyną podstawą dla bliższego poznania i odtworzenia tych i dla historji Litwy niezmiernie cennych źródeł. Równocześnie tenże Długosz wiadomości swe o stosunkach litewsko - krzyżackich czerpał nie z Dusburga, nawet nie bezpośrednio z Jeroschina, ale dopiero z przekładu tegoż kronikarza na język łaciński[1]). Nie dziw, że w tych kwestjach zdradza autor »Historji Polski« słabą orjentację. W pierwszym wypadku Długosz zostaje opracowany, w drugim — pominięty.

Nie uwzględniono również wiadomości z początkowych dziejów Litwy, powstałych dopiero w czasach późniejszych zwłaszcza w XV lub czy XVI wieku. Zarówna wersja krzyżacka, której głównym celem jest wykazanie niskiego pochodzenia przodków króla Jagiełły, jak

[1]) Porówn: Semkowicz Al. Krytyczny rozbiór Dziejów Polski Jana Długosza. 1887 p. 57.



Lithuanorum fuerant, postea tamen a finitimis civitatibus expugnatae sunt et in fontibus horum tantummodo possessiones nominantur, in »Regesta« non recepimus. Lithuani, qui extra patriam in terris alienis vixerunt, ut Dowmont in Pskow, Alexander, episcopus de Twer, Lithuanae, ducum Polonorum uxores, aliique respecti sunt. Idem de episcopis Lithuanorum dicendum.

Ac de Lithuaniae nomine et titulo argumentoque huius libri satis diximus. Nunc pauca verba de fontium fundamentis facienda.

»Regesta« documentis, quae tempore proximo rebus, de quibus dicitur, exstiterunt, id est fontibus vetustissimis (secundum proximas, quantum potest, editiones) nituntur. Exclusi autem omnino sunt fontes, qui saepe post aliquot saecula exstiterunt, si fontium verisimiliorum notitias solummodo repetunt, aut si, quamquam ab archetypo discrepant, credi iis nullo modo potest. Recepimus tamen in »Regesta« notitias posteriores, quae ex fontibus antiquioribus nunc deperditis haustae videntur.

Quod ut clarius explicetur, libet Longini exemplum afferre. Constat enim illum clarissimum rerum scriptorem ignotis nobis annalibus Masoviensibus Ruthenicis aliisque usum esse. Illius opus hodie praecipuum aut unicum est fundamentum ad fontes, qui Lithuaniae quoque historicis pretiosissimi sunt, cognoscendos restituendosque. Sed idem Longinus notitiam rerum Lithuanorum Cruciferorumque non ex Dusburg, ne ex Jeroschin quidem hausit, sed ex illius annalium auctoris versione Latina[1]). In his igitur rebus scriptorem rerum Polonarum falli mirandum non est. Itaque illic Longinus in »Regesta« recipitur, hic omittitur.

Quae mentiones ad Lithuaniae origines pertinentes posteriore tempore, XV praesertim aut XVI saeculo, exstiterunt, eae quoque omissae sunt. Nam quae aut Cruciferi tradiderunt, qui id spectabant, ut demonstrarent Jagellonem humili loco ortum esse, aut Lithuani, qui se ab Romanis originem ducere ostendunt, aut Moscovitae, qui Gedimini genus a ducibus Polocensibus, ab Rurik ortos, educunt,—haec omnia multa veri non similia continent neque sine ira et studio composita esse apparet. Quos fontes proximo tempore contulit et de iis disputavit K. Chodynicki[2]).

»Regesta« tantum fontium mentionibus, quae expressis verbis Lithuanos Samogitas Iaczwingos nominant, nituntur. Praetermissa

[1]) Cf. Semkowicz A. Krytyczny rozbiór Dziejów Polski Jana Długosza 1887 p. 57.

[2]) Chodynicki K. Geneza dynastji Giedymina. Kwart. Hist. 1926 p. 541-566.

litewska o pochodzeniu Litwinów od Rzymian, czy moskiewska, wywodząca dynastję Giedymina od Rurykowiczów połockich zawierają całe mnóstwo nieprawdopodobnych szczegółów, pełnych tendencyj politycznych. Bliższe zestawienie i omówienie tych źródeł dał ostatnio K. Chodynicki[1]).

Oparto »Regesta« wyłącznie na wiadomościach źródłowych, wzmiankujących konkretnie o Litwinach, Żmudzi czy Jadźwingach. Pominięto więc znaczny materjał, który się może (nie musi) do wspomnianych plemion odnosić. Nie ulega wątpliwości, że wielokrotnie ukrywają się Litwini pod ogólnem mianem »pogan«, Sudawowie czy Jaćwież występują jako »Prusacy« i t. p. Jest to już jednak raczej dziedzina hipotez czy intuicji poszczególnych uczonych, zagadnienie, które w większości wypadków z całą ścisłością nigdy rozwiązać się nie da. W przypisach niniejszego wydawnictwa dość często cytuję tego rodzaju źródła, gdy są zdaniem mojem bardziej ważne czy też charakterystyczne, nie kusząc się absolutnie o wyczerpanie materjału. Zresztą w miarę postępu studjów naukowych będzie liczba tych źródeł coraz bardziej wzrastać. Niejednokrotnie historyk na terenie sąsiadów Litwy znajdzie i rozwiąże sprawy, które dla jej własnych dziejów posiadały niepośledniej miary znaczenie.

Przy sporządzaniu »regestów«[2]) zwracano baczną uwagę, by w tego rodzaju skrótach figurowały wszystkie imiona osób oraz nazwy geograficzne, dotyczące Litwy. Czytelnik z łatwością je odnajdzie w załączonych na końcu wydawnictwa (przy II tomie) indeksach.

Praca niniejsza jako zestawienie wszystkich faktów, jako do pewnego stopnia suchy obraz całości dziejów Litwy przedgiedyminowej wymaga pewnych zastrzeżeń. Najpierw co do porządku chronologicznego. Ktokolwiek zetknął się bliżej ze źródłami owych czasów, wie dobrze, iż często posiadamy szereg wiadomości z jed-

---

[1]) Chodynicki K. Geneza dynastji Giedymina. Kwart. Hist. 1926 p. 541—566.

[2]) Przy każdym »regeście« podano u góry element chronologiczny, geograficzny zaś tylko przy dokumentach, o ile figuruje miejsce wystawienia. Jeżeli data źródła, wskazana zawsze bez nawiasu, jest wątpliwą lub błędną, opracowano równocześnie w nawiasie inną datę, którą należy przyjąć jako bardziej prawdopodobną.

Pisownia ruska według Instrukcji Wydawniczej dla średniowiecznych źródeł historycznych, opracowanej przez Polską Akademję Umiejętności w Krakowie 1925 r.



autem est satis ampla materia, quae ad has gentes pertinere potest (non debet). Dubium enim non est, quin Lithuani saepe »pagani«, Sudowitae et Iaczwingi — »Prussi« vocentur. Quae tamen res divinationis est singulorum virorum doctorum, nam haec quaestio numquam accurate resolvi poterit. In huius libri adnotationibus saepius fontes a me citantur, qui mea quidem sententia eminentiores aut maioris momenti sunt; non tamen totam materiam exhaurire conor. Ceterum studiis progredientibus horum fontium numerus magis magisque crescet. Non semel rerum scriptor apud Lithuanorum finitimos quaestiones resolvet, quae ad eorum res maximi momenti fuerunt.

In »regestis« conficiendis[1]) operam dabamus, ut in huius generis compendiis omnia hominum nomina notionesque geograficae essent; quas lector facile in indicibus, qui sub finem II tomi adiuncti sunt, inveniet.

Huic operi, quo omnia facta collata sunt quodque summa quaedam Lithuanorum rerum est, ante Gediminum gestarum, nonnulla praemittenda videntur, imprimis de chronologia. Quisquis illorum temporum fontes tractavit, optime scit saepe aliquot unius anni facta afferri die non demonstrata; quae accuratius definiri non potest. Haec igitur facta sua quisque opinione iudicioque ordinabit. Eo quoque res difficilior fit, quod etiam anni definiri saepe nequeunt. Interdum e. g. fit, ut tria anni alicuius facta afferantur, ex quibus unum 30 novembris accidit, duorum autem neque mensis definiri potest neque dies. Necessario factum accurate definitum primum locum tenet, non tamen ideo pro certo affirmare volumus reliqua facta mense decembri accidisse.

In ordinandis factis et aliorum, quae ad hoc tempus in lucem prodita sunt, studia et mea ipsius respexi. Hic autem satis erit, si dicam Lithuaniae antechristianae historiam non paucis dissertationibus pretiosis editis parum adhuc cognitam exquisitamque esse[2]).

---

[1]) Notionibus chronologicis omnia »regesta« instruximus, geographicis — tantum documenta, si locus, quo data sunt, inest. Si temporis notio, semper sine uncis adiecta, dubia aut falsa videtur, in uncis alia notio additur, quae verisimilior habenda est.

Litteratura Ruthenica secundum Instructionem Editoriam (Instrukcja Wydawnicza) ad mediaevales fontes historicos ab Academia Scientiarum Polonorum Cracoviae 1925 conscriptam.

[2]) Cf. Zajączkowski St. Stan badań nad dziejami Litwy przed 1386 r. Pamiętnik IV zjazdu historyków polskich. 1925.

nego roku bez bliższego oznaczenia daty dziennej; nawet w przybliżeniu niepodobna jej określić. Uszeregowanie tego rodzaju faktów jest więc tylko kwestją indywidualnych zapatrywań. Wielu datami rocznemi można operować tylko w przybliżeniu, co również komplikuje sytuację. Zdarza się niekiedy, iż rozporządzamy np. z danego roku trzema faktami: jeden z 30 listopada, dwa inne — bez możności określenia miesiąca i dnia. Porządek nakazuje wymienić najpierw fakt z ściślejszą datą. Przez to jednak nie przesądzam sprawy, by dwa pozostałe miały mieć miejsce koniecznie w grudniu t. r.

Przy ustalaniu kolejności faktów starałem się uwzględnić wyniki dotychczasowej nauki oraz własne studja. Należy jednak pamiętać, iż stan badań nad dziejami Litwy przedchrześcijańskiej mimo szeregu cennych rozpraw przedstawia się naogół ciągle słabo[1]). Ogromne luki dają się mocno odczuwać. Studja nad źródłami litewskiemi, zarówno jeśli chodzi o dokumenty czy kroniki, wskazują, jak wiele jeszcze pozostaje do zrobienia. Nie dziw, że ten stan nauki musiał się z istoty rzeczy odbić niekorzystnie i na niniejszych »Regestach«. Nowe prace poprawią numerację niejednego z zestawionych poniżej faktów, wskażą na wartość dziś pomijanych źródeł i t. p.

Dzieje Litwy pogańskiej — to problem pierwszorzędnego znaczenia dla całej wschodniej Europy; nie dziw, że budzą zrozumiałe zainteresowanie wśród uczonych litewskich, białoruskich, ukraińskich, rosyjskich, niemieckich i in. Mają one pierwszorzędną wartość i dla Polski, która złożyła dotychczas wiele trudu naukowego w celu poznania przeszłości bratnich sobie narodów, z któremi wiążą ją tradycje dziejowego współżycia, łączy świadomość wspólnej, dobrej i złej doli.

H. PASZKIEWICZ.

[1]) Porówn. Zajączkowski St. Stan badań nad dziejami Litwy przed 1386 r. Pamiętnik IV zjazdu historyków polskich. 1925.



Multae lacunae hiare sentiuntur. Fontium Lithuanorum studia (documentorum et chronicorum) demonstrant, quam multa etiam facienda sint. Quare nihil mirum haec »Regesta« non semper recte ordinata esse. Nova tamen studia multa facta infra allata rectius ordinabunt, multorum fontium, qui ad hoc tempus omittuntur, pretium ostendent.

Lithuaniae paganae historia ad totius Europae Orientalis res cognoscendas maximi momenti est. Non igitur mirari oportet viros doctos Lithuanorum, Ruthenorum, Germanorum multorumque aliorum studiosissime in eam inquirere. Poloni quoque non minoris eam faciunt, qui plurima studia contulerunt in fraternorum populorum historiae cognitionem, quibuscum nexu arctissimo coniuncti erant et fortunam communem prosperam adversamque tulerant.

H. PASZKIEWICZ.

Uniwersytet Warszawski BIBLIOTEKA Wydz. Hum. Filia w Białymstoku
75886

# INDEX OPERUM AB AUCTORE EXCERPTORUM

Andresen G. Cornelii Taciti De origine et situ Germanorum liber. 1914.

D'Avezac. Relation des Mongols ou Tartares par le frère Jean du Planc de Carpin. 1838.

Bielowski A. Monumenta Poloniae Historica (MPH) T. I 1864. Kronika Węgiersko Polska.

Ibid. T. II 1872: Kronika Boguchwała i Godysława Paska. Mierzwy Kronika. Magistri Vincentii Chronicon Polonorum (Vinc.). Rocznik Kapitulny. Rocznik Krakowski. Roczn. Krótk. Dopełn. Rocznik Miechowski. Rocznik Sędziwoja. Rocznik Traski.

Ibid. T. III 1878: Annales Silesiaci Compilati (Ann. Sil. Comp.). Katalogi biskupów krakowskich. Kronika książąt polskich. Kronika polska. Rocznik Franciszkański Krakowski. Rocznik Górnośląski. Rocznik Krasińskich. Rocznik Małopolski. Rocznik Mazowiecki. Rocznik Świętokrzyski. Rocznik Wielkopolski. Rodowód Książąt Polskich. Spominki Gnieźnieńskie. Spominki mieszane. Zdarzenia godne pamięci.

Ibid. T IV 1884: De vita et miraculis s. Iacchonis. Excerpta Ioannis Długossi.

Ibid. T. VI 1893: Chronica Olivensis. Exordium ordinis cruciferorum.

Boczek A. Codex diplomaticus et epistolaris Moraviae. III 1841.

Böhmer J. Urkundenbuch der Reichsstadt Frankfurt. I. 1901.

Böhmer J.—Will C. Regesten zur Geschichte der Mainzer Erzbischöfe. II 1886.

Bunge F. Liv. Est. u. Curländisches Urkundenbuch. T. I — VII. 1853 — 1881. (Bunge).

Die Chroniken der deutschen Städte. Bd. 26. 1899. Aufzeichnungen Albrechts vom Bardowik von J. 1298.

Emler J. Regesta diplomatica nec non epistolaria Bohemiae et Moraviae II 1882.

Finkel L. et Kętrzyński St. Galli Anonymi Chronicon. Fontes rerum Polonicarum in usum scholarum. T. I 1899 (Gall).

Gelzer H. Beiträge zur russischen Kirchengeschichte aus griechischen Quellen. Zeitschr. für Kirchengeschichte XIII 1892.

Grünhagen C. Regesten zur schlesichen Geschichte II 1875.

Hennes J. Codex diplomaticus ordinis S. Mariae Theut. II 1861.

Herquet K. Urkundenbuch der Reichsstadt Mühlhausen in Thüringen 1874.

Herquet K. Nachträge zu der Geschichte des Bischofs Kristian von Samland. Altpreussische Monatsschrift. XII 1875.

Hirsch Th.—Töppen M.—Strehlke E. Scriptores rerum prussicarum. T. I 1861: Annales Pelplinenses (Ann. Pelplin.). Canonici Sambiensis epitome gestorum Prussie (Can. Samb.). Chronicon Alberici. Petri de Dusburg Chronicon terrae Prussiae (Dusb). Di Kronike von Pruzinlant des Nicolaus v. Jeroschin (Jeroschin). Wulfstan's Reisebericht über Preussen.

Ibid. T. II 1863: Hermanni de Wartberge Chronicon Livoniae (Herm. de Wartberge). Die Chronik Wigands von Marburg (Wigand).

Ibid. T. III 1866: Annalista Thorunensis (Ann. Thorun.).

Hodenberg W. Lüneburger Urkundenbuch I. 1860.

Höhlbaum K. Beiträge zur Quellenkunde Alt-Livlands. 1873. Annales Dunamundenses (Ann. Dunam.). Annales Rigenses (Ann. Rig.).

Höhlbaum K. Hansisches Urkundenbuch. I 1876 (Hans. UB.).

Ioannes G. Rerum Moguntiarum II 1722.

Kętrzyński W. Triginta documenta ecclesiae cathedralis Plocensis. 1884.

Koch F. Die Erfurter Weihbischöfe. Zeitschr. d. Vereins für thüringische Geschichte und Altertumskunde VI 1865: Necrolog. B. M. V.

Kochanowski I. C. Codex diplomaticus et commemorationum Masoviae Generalis. I 1919 (Kochanowski I).

Kock H. Series Episcop. Monasteriens. II 1802. Delices de Pays bas.

Kolberg A. Bruno von Querfurt. Zeitschr. für die Geschichte und Altertumskunde Ermlands VIII 1884: Hystoria de praedicacione Episcopi Brunonis (Wibert). Breviarium Halberstadense.

Ladewig P.—Müller Th. Regesta Episcoporum Constantiensium. I 1895.



Langebek J. Scriptores rerum Danicarum V: Necrologium Hamburgense.

Meyer L. Livländische Reimchronik 1876 (Alnp.).

Mommsen Th. Monumenta Germaniae Historica. Auctorum antiquiss. T. V. 1. 1882: Iordanis Romana et Getica.

Ibid. T. XII 1894: Cassiodori Variae. Hestis Theodericus Rex.

Mortensen G. geb. Heinrich. Beiträge zu den Nationalitäten- und Siedlungsverhältnissen von Pr. Litauen. 1927: Ordensfoliant 112. Dis sint die hantfestin der Schalwyn.

Mosbach A. Wiadomości do dziejów polskich z arch. prow. śląskiej 1860.

Müller C. Claudii Ptolomaei Geographia. 1883.

Narbutt T. Dzieje starożytne narodu litewskiego. T. I 1835, T. IV 1838.

Peretc W. Slowo o polku Ihorewim. 1926.

Perlbach M. Preussisch polnische Studien zur Geschichte des Mittelalters. I 1886.

Perlbach M. Preussische Regesten bis zum Ausgange des XIII Jahrhunderts. 1876.

Perlbach M. Urkunden des Rigaschen Capitel-Archives in der Czartorysk. Bibliothek zu Krakau. Mitteil. d. Geschichte Liv. Est. Curlands. XIII. 1886.

Pertz G. Monumenta Germaniae Historica. Script. T. III 1839: Annales Quedlinburgenses.

Ibid. T. XVI 1859: Annales Stadenses.

Ibid. T. XVII 1861: Hermannus abbas Altahensis de rebus suis gestis.

Ibid. T. XXIII 1874: Heinrici Chronicon Lyvoniae (Heinr. Chron. Lyv.). Menkonis Chronicon.

Philippi-Wölky. Preussisches Urkundenbuch I. 1. 1882. (Philippi-Wölky).

Piekosiński Fr. Kodeks dyplomatyczny Małopolski. T. I 1876. T. II 1886 (KDMP).

Przezdziecki A. Ioannis Długossii Histor. Polon. T. I 1873, T. II 1873, T. III 1876 (Długosz).

Ptaśnik J. Monumenta Poloniae Vaticana. T. III 1914 (Ptaśnik Mon. Vat.).

Riedel A. Novus Codex diplomaticus Brandenburgensis. I 22, 1862 (Riedel Cod. Brand.).

Schiemann Th. Regesten verlorener Urkunden aus dem alten livländischen Ordensarchiv. 1873.

Schmeidler B. Magistri Adam Bremensis Gesta Hammaburgensis Ecclesiae Pontificum. Scriptores rerum Germanic. in usum scholarum 1917.

Schmidt G. Urkundenbuch der Stadt Halberstadt (Geschichtsquellen der Provinz Sachsen VII) I 1873.

Schoettgen et Kreysig. Diplomataria et Scriptores Germanici medii aevi. I 1753.

Schreiber H. Urkundenbuch der Stadt Freiburg im Breisgau I 1828.

Scriptores rerum livonicarum I. 1853.

Seemüller J. Ottokars Österreichische Reimchronik. Monumenta Germaniae Historica Scriptorum, qui vernacula lingua usi sunt, T. V. 1. 1890.

Seraphim A. Preussisches Urkundenbuch I. 2. 1909. (Seraphim).

Sobranie hosudarstw. hramotъ i dohoworowъ. I. 1813.

Sobranie—Polnoe sobranie russkichъ lětopisei (Psrl.):
T. I 1. 1926; 2. 1927; 3. 1928: Lawrentьewskaja letopisь (Lawr.).
T. II 1. 1923 Ipatьewskaja letopisь (Ipat) ad a. 1132; res post hunc annum gestae secundum II editionem a. 1908.
T. II 1843. Hustinskaja lětopisь (Hust.).
T. III 1841. Nowhorodsk. 1, 2, 3 lětop (Nowh.).
T. IV 1. 1915. Nowhorodskaja 4 letopisь (Nowh.).
T. IV 2. 1917. Nowhorodskaja 5 letopisь (Nowh.).
T. IV 1848. Pskowskaja 1 lětopisь (Pskowsk.).
T. V 1851. Pskowskaja 2 lětopisь (Pskowsk.).
T. V 1. 1925. Sofiiskaja 1 letopisь (Sof.) ad a. 1255; res post hunc annum gestae secundum I editionem a. 1851.
T. VII 1856. Woskresenskaja lětopisь (Woskr.).
T. IX 1862. Patriarszaja lětopisь (Patr.).
T. X 1885. Patriarszaja lětopisь (Patr.).
T. XV 1. 1922. Rohožskii letopisec (Rohožsk.).
T. XV 1863. Twerskaja lětopisь (Twersk.).
T. XVI 1889. Lětopisь Awraamki (Awr.).
T. XVII 1907. Zapadnorusskija lětopisi.
T. XVIII 1913. Simeonowskaja lětopisь (Simeon.).
T. XX 1. 1910. Lьwowskaja lětopisь (Lьwowsk.).
T. XXIII 1910. Ermolinskaja lětopisъ (Ermol.).
T. XXIV 1921. Tipohrafskii letopisec (Tipohr.).



Stryjkowski M. Kronika Polska. I 1846.

Theiner A. Vetera Monumenta Poloniae et Lithuaniae I 1860. (Theiner I).

Tibus A. Geschichtliche Nachrichten über die Weihbischöfe von Münster 1862: Histoire ecclésiastique d'Allemagne I. Thuringia sacra: Justini Pertuchii Chronicon Portense.

Ulanowski B. Dokumenty kujawskie i mazowieckie przeważnie z 13 w. Archiwum Komisji Historycznej. IV 1888 (Ulan.).

Waitz G.—Holder Egger O. Einhardi Vita Karoli Magni. Scriptores rerum Germanicarum in usum scholarum. 1911.

Wiegand W. Urkundenbuch der Stadt Strassburg II 1886.

Wilmans R. Westfälisches Urkundenbuch I. 1873.

Winkelmann E. Analecta historiae Livonicae. Mitteil. aus dem Gebiete der Geschichte Liv. Est. u. Kurlands. XII. 1880.

Wiszniewski M. Historja literatury polskiej. T. II 1840.

Woelky C. Urkundenbuch des Bistums Culm. I 1885.

Woelky C.—Saage J. Monumenta Historiae Warmiensis. Codex diplomaticus Warmiensis. I 1860.

Zeissberg H. Kleinere Geschichtsquellen Polens im Mittelalter. Archiv für österreichische Geschichte. T. 55. 1877: Nekrolog Dominik. Krak.

1 *(circa 98)*

...»ergo iam dextro Suebici maris litore Aestiorum gentes adluuntur, quibus ritus habitusque Sueborum, lingua Britannicae propior. matrem deum venerantur... rarus ferri, frequens fustium usus. frumenta ceterosque fructus patientius quam pro solita Germanorum inertia laborant. sed et mare scrutantur ac soli omnium sucinum, quod ipsi glaesum vocant, inter vada atque in ipso litore legunt»...

Cornelii Taciti De origine et situ Germanorum liber. G. Andresen 1914, 246 — 247.

2 *(saec. II)*

Minores autem gentes Sarmatiam incolunt iuxta Vistulam fluvium infra Venedas Gythones, deinde Finni, deinde Suiones (?)... Ab his quos diximus ad ortum sunt infra Venedas Galindae et Sudini (Γαλίνδαι καὶ Σουδινοί) et Stavani Alanis tenus...

Claudii Ptolomaei Geographia. C. Müller 1883, 423 — 425.

3 *(523 — 526).*

Epistula ad Haestos scripta Theodericus rex sucini originem ab illis sibi missi, Cornelium (Tacitum) sequens, indicat confirmatque se admodum gaudere, quod ad illos in Oceani litoribus constitutos fama sua pervenerit.

Hestis Theodericus Rex. Cassiodori Variae V 2. Mon. Germ. Hist. Auct. Antiq. T. XII 1894, 143.

4 *(saec. VI)*

...»ad litus autem Oceani, ubi tribus faucibus fluenta Vistulae fluminis ebibuntur, Vidivarii resident, ex diversis nationibus ad-

gregati; post quos ripam Oceani item Aesti tenent, pacatum hominum genus omnino...

Aestorum quoque similiter nationem, qui longissimam ripam Oceani Germanici insident, idem ipse (Hermanaricus) prudentia et virtute subegit omnibusque Scythiae et Germaniae nationibus ac si propriis lavoribus imperavit«.

Iordanis Romana et Getica. Mon. Germ. Hist. Auct. Antiq. T. V. I. 1882, 63 et 89.

5 *(saec. IX)*

...»Hunc multae circumsedent nationes; Dani siquidem ac Sueones, quos Nordmannos vocamus, et septentrionale litus et omnes in eo insulas tenent. At litus australe Sclavi et Aisti et aliae diversae incolunt nationes«...

Einhardi Vita Karoli Magni. Script. rer. germ. in usum schol. 1911, 15.

Adam Bremensis, Schmeidler 241.

6 *(saec. IX)*

Vistula flumen maximum est fluitque inter Witland et Vendorum terram; Witland illud Estorum terra est. Vistula autem in Vendorum terra oritur et in Estorum mare, cuius latitudo non minus 15 milibus est, influit. Deinde Ilfing ex illo mari, in cuius litore Truso situm est, ab oriente in Estorum mare influit. Influuntque una in Estorum mare, Ilfing ab oriente ex Estorum terra et Vistula a meridie ex terra Vendorum. Post autem Vistula nomen flumini Ilfing adimit et ex illo (Estorum) mari ad occidentem et septentriones versus in mare fluit. Estorum terra maxima est multaque oppida in ea sunt et unumquodque oppidum regem suum habet.

Wulfstan. Script. rer. pruss. I 732—735.

7

Lithuani (Litwa) ab Iapheto oriuntur.

Lawr. I. 4, 11.



Ipat. II 4, 11. Nowh. 4 IV (1) 2, 5. Nowh. 5 IV (2) 2, 6. Sof. 1 V 2, 5. Woskr. VII 261. Patr. IX 2, 5. Twersk. XV 18, 22. Awr. XVI 8: i Jatwjazi. Simeon. XVIII 2, 5. Lьwowsk. XX 39, 40. Ermol. XXIII 1, 2. Tipohr. XXIV 1, 3.

8

Lithuania (Litwa) lingua inter alios populos differt, in septentriones spectat stipendiumque Ruthenis pendit.

Lawr. I 11.

Ipat. II 9. Nowh. 4 IV (1) 5. Nowh. 5 IV (2) 6. Sof. 1 V 5. Woskr. VII 264. Patr. IX 5. Twersk. XV 22. Simeon. XVIII 5. Lьwowsk. XX 40, 41. Ermol. XXIII 1, 2. Tipohr. XXIV 3.

9 *945.*

Inter legatos ab Igore, magno Ruthenorum duce, ad Romanum missos »Jatьwjahъ Hunarewъ« (Jaczwingus ??) versatur.

Ipat. II 37.

Lawr. I 46—47. Nowh. 4 IV (1) 30. Sof. I V 27. Woskr. VII 279. Twersk. XV 51.

10 *982.*

Rohożsk. XV 15 vide s. a. 983.

11 *983.*

Wolodimir adversus Jaczwingos (na Jawtjahi) proficiscitur agrisque eorum captis Kioviam revertitur.

Lawr. I 82.

Ipat. II 70. Nowh. 4 IV (1) 58. Nowh. 5 IV (2) 56. Sof. 1 V 47. Woskr. VII 295. Patr. IX 41. Twersk. XV 75. Awr. XVI 38. Ermol. XXIII 13. Tipohr. XXIV 30. Hust. II 250 s. a. 984. Rohożsk. XV 15 s. a. 982.

12 *984.*

Hust. II 250 vide s. a. 983.

13 *(992—1025).*

...»(Boleslaus) Selenciam[1]), Pomoraniam et Prusiam, usque adeo vel in perfidia resistentes, contrivit vel conversas in fide solidavit, quod ecclesias ibi multas et episcopos... ordinavit«.

Gall 11.

Vinc. MPH II 279. Kronika Mierzwy MPH II 189 (164). Kronika Polska MPH III 618: contra... Letwanos... commisit...

14 *1009 Martii 9.*

»Sanctus Bruno, qui cognominatur Bonifacius, archiepiscopus et monachus,... in confinio Rusciae et Lituae[2]) a paganis capite plexus, cum suis 18,... petiit coelos«[3]).

Annales Quedlinburgenses. Mon. Germ. Hist. Script III 80.

15 *1038 (hieme).*

Iaroslaus adversus Jaczwingos (na Jatwjahy) proficiscitur.

Lawr. I 153.

Ipat. II 140. Nowh. 4 IV (1) 114. Sof. 1 V 127. Woskr. VII 331. Patr. IX 81. Twersk. XV 147—148. Tipohr. XXIV 53. Nowh. 5 IV (2) 118 s. a. 1039

---

[1]) Selencia = terra Jaczwingorum (?).

[2]) Cf. Litua, Lituva. Cron. Ungar. MPH I 495: «Aquila rex primus Hungariae... contra Lituvam acies movit«.

[3]) Kolberg A. Bruno von Querfurt. Zeitschr. für die Geschichte und Altertumskunde Ermlands. VIII 1884. Hystoria de praedicacione Episcopi Brunonis. (Wibert) p. 105: Bruno fidem christianam in terra regis Nethimer (rex nethimer nomine) propagat.

Ibid. Breviarium Halberstadense p. 108: »Zebeden..., audiens conversionem fratris (= regis),... misit milites qui (sic) ut sanctum virum raperent suaeque praesentiae praesentarent«.



16 *1039.*

Nowh. 5 IV (2) 118 vide s. a. 1038.

17 *1040.*

Iaroslaus adversus Lithuaniam (na Litwu) proficiscitur.

Lawr. I 153.

Ipat. II 140. Hust. II 267. Sof. I V 128. Woskr. VII 331. Patr. IX 82, Twersk. XV 148. Tipohr. XXIV 53.

18 *1040.*

Motu universo in Polonia facto Poloni in terras propius Russiam Lithuaniamque sitas trans Vistulam fugiunt.

Długosz I 261.

19 *1043.*

Prutheni, Jaczwingi, Slunenses et alii barbari Maslaum, cum Casimiro bellum gerentem, adiuvant.

Długosz I 284—287.

20 *1044.*

Iaroslaus contra Lithuanos (na Litwu) proficiscitur et verno tempore »Nowhorodъ« condit.

Nowh. 3 III 211.

Nowh. 4 IV (1) 116. Nowh. 5 IV (2) 120. Sof. I V 129. Woskr. VII 332. Patr. IX 83. Twersk. XV 149. Tipohr. XXIV 54.

21 *1048.*

»Vacabant pro ea tempestate et Kazimirus Poloniae Rex et milites sui a bellis...: ipsi... Prutheni, Jaczwingi, caeteraeque barbarae nationes in fide continebantur«.

Długosz I 299.

22 *1058.*

Iziaslaus »Holjadi« vicit.

L a w r. I 162.

I p a t. II 150. S o f. I V 132. W o s k r. VII 333. Patr. IX 91 T w e r s k. XV 152. T i p o h r. XXIV 57.

23 *(1058 — 1079).*

Rex (Boleslaus) cum Lithuanis bellum gerere in animo habet (wolde strîten ze Lettou mit der heidenschaft), qua de causa exercitum magnum comparat.

O t t o k a r s R e i m c h r o n i k. Mon. Germ. Hist. V (1) 1890, 283.

24 *(saec. XII et ante saec. XII).*

...»Polonia... ad mare autem septemtrionale vel amphitrionale tres habet affines barbarorum gentilium ferocissimas nationes, Selenciam, Pomeranam et Pruziam«...

G a l l 4.

Selencia — cf. M i e r z w y K r o n i k a MPH II 164.

25 *(saec. XII — XIII).*

Milites Galinditarum a christianis oppressi omnes interfecti sunt. Tum Sudovitae aliaeque nationes finitimae terram Galindiae invaserunt atque mulieres et liberos et omnes, qui domi manserant, in servitutem deduxerunt. Ita terra Galindiae in solitudinem redacta est.

D u s b. 52 — 53.

J e r o s c h i n 347 — 348.

26 *(1102 — 1113)*

...»contra quas regiones (Selenciam, Pomeranam et Pruziam) Polonorum dux assidue pugnat, ut eas ad fidem convertat... Saepe... principes eorum, a duce Poloniensi proelio superati, ad baptismum confugerunt; itemque collectis viribus fidem christianam abnegantes contra christianos bellum denuo paraverunt«.

G a l l 4 — 5.



27 *1103 »Procedente tempore eiusdem anni«.*

...»terrae Russiae a Pruthenis et Lithuanis vastatae sunt«.

D ł u g o s z I 447.

28 *1112.*

Iaroslaus Swiatopolci filius adversus Jaczwingos (na Jatwjazě) proficiscitur eisque devictis revertitur.

I p a t II 270.

W o s k r. VII 22. D ł u g o s z I 496 — 497: »Gens... Iathwingorum natione, lingua, ritu, religione et moribus magnam habebat cum Lithuanis, Pruthenis et Samagitis conformitatem, cultui idolorum et ipsa dedita, principalis cuius et metropolis erat arx et civitas Drohiczin«. Cf. L a w r. I 290 s. a. 1113.

29 *1113.*

Iaroslaus iterum (wtoroe) contra Jaczwingos (na Jatъwjahy) proficiscitur eosque vincit.

L a w r. I 290.

N o w h. 1 III 4. P a t r. IX 143. T w e r s k. XV 190. T i p o h r. XXIV 73. Cf. I p a t. II 270 s. a. 1112.

30 *1128.*

Mstislaus Ruthenorum duces »wo Litwu ko Izjaslawlju« mittit; qui terra hostium vastata cum praeda revertuntur.

H u s t. II 293.

31 *1130.*

T w e r s k. XV 196 vide s. a. 1131.

32 *1131.*

Mstislaus in Lithuanorum terram (na Litwu) proficiscitur praedaque magna parta revertitur.

L a w r. I 301.

Nowh. 4 IV (1) 145, Nowh. 5 IV (2) 147, Sof. 1 V 160, Woskr. VII 29, Patr. IX 157, Awr. XVI 44, Lьwowsk. XX 105, Tipohr. XXIV 75 — plěni a. Rohożsk. XV 20. Twersk. XV 196 s. a. 1130. Cf. Ipat II 290 s. a. 1132.

33 *1132.*

Mstislaus cum magno exercitu ad bellum adversus Lithuaniam (na Litwu) proficiscitur eamque incendio delet, attamen Rutheni a Lithuanis superantur.

Ipat II 290.

Cf. Lawr. I 301 s. a. 1131.

34 *1147.*

Georgii iussu Swiatoslaus in terram Smolnensem proficiscitur; captivos »ljudi Holjadь« ad superiorem Porotwam comprehendit.

Ipat. II 339.

Woskr. VII 38. Patr. IX 172: wzja hradъ Holedi. Twersk. XV 208. Tipohr. XXIV 76.

35 *1159.*

Rohwolod ad Minsk succedit pacemque cum Rostislao facit, Wolodar tamen crucem osculari non vult, quoniam »chodjasze podъ Litwoju w lěsěchъ«.

Ipat. II 496.

Hust. II 305: Wolodarъ izběže wъ Litwu.

36 *1161.*

Woskr. VII 75 vide s. a. 1162.

37 *1162.*

Rohwolod Wolodarum in Horodec obsidet. Wolodar Lithuanorum auxilio (s Litьwoju) adiutus in Rohwolodum nocte impetum facit eumque magna clade afficit.

Ipat. II 519.

Woskr. VII 75 s. a. 1161.



38 *1180.*

Wszeslaus cum Polocensibus et Lithuanis (i Litwa) ad bellum proficiscitur.

Ipat. II 620.

39 *1183 (1183 — 1184) »na tu że zimu«.*

Pscovenses pugnis cum Lithuanis (sъ Litwoju) commissis multos milites desiderant.

Nowh. 1 III 18.

Sof. 1 V 179.

40 *(circa 1185) »hyeme«.*

Lithuani (Lettones) crudeliter Livoniam depopulantur.

Heinr. Chron. Lyv. 241.

41 *(1185 — 1186).*

Heinr. Chron. Lyv. — vide ibidem s. a. 1225 — 1226.

42 *(ante 1187).*

Lithuani et Jaczwingi cum Romano victore potenti pugnare non audent. (Litwa, Jatwjazi... sulici swoja powrъhosza a hlawy swoja podklonisza podъ tyi meczi charalużnyi).

Slowo o polku Ihorewim 117.

43 *(ante 1187).*

Terrae Polocensi, quae ad Dunam sita est, incursiones continuae paganorum impendent. Iziaslaus, Wasilkonis filius, dum cum Lithuanis pugnat, perit. (Dwina bolotomь teczetъ onymъ hroznymъ Poloczjanomъ pod klikomъ pohanychъ. Edinъ że Izjaslawъ syn Wasilьkowъ pozwoni swoimi ostrymi meczi o szelomy Litowьskyja, pritrepa slawu dědu swoemu Wseslawu, a samъ podъ czrъlenymi szczity na krowawě trawě pritrepanъ Litowskymi meczi).

Slowo o polku Ihorewim 119.

44 (ante 1188).

Germani cum ad Dunam venissent, inter incolas illorum locorum fidem Christianam propagant, cuius propagationis successu Lithuani (Lettowen) ceterique pagani magno timore perturbantur.

Alnp. 7.

45 (circa 1188).

Meinhardus sacerdos christianos in Livonia habitantes magna iniuria compluribusque calamitatibus a Lithuanis (Littowen) affici papae querens narrat.

Alnp. 8.

46 1190.

Rurik in bellum adversus Lithuaniam (na Litwu) proficiscitur; apud propinquos in Pinsk tempus aliquod moratur et, quia eo tempore calebatur iam atque nix tabescere incepit, in Lithuaniam pervenire non potuit; itaque in patriam revertitur.

Ipat. II 672.

47 1191 (1191—1192).

Iaroslaus dux consilium Lithuanorum terrae (na Litwu) hieme invadendae cum Novogrodensibus capit; quo tamen consilio desistit.

Nowh. 1 III 20.

Nowh. 4 IV (1) 174. Nowh. 5 IV (2) 175. Sof. I V 181. Woskr. VII 101. Patr. X 19, 20. Twersk. XV 280.

48 (1192 et ante 1192).

»Sunt... Pollexiani Getarum seu Prussorum genus, gens atrocissima, omni ferarum immanitate truculentior, propter vastissimas solitudinem intercapedines, propter concretissimas nemorum densitates, propter bituminata inaccessibilis palustria«.

Vinc. MPH II 421.

Kronika Boguchwała i Godysława Paska. MPH II 537.



49 (1192).

»Casimirus... Geticos magnanimiter sudores aggreditur. Quorum contiguis pernimium afflictis et per creberrima vix adactis proelia, in Pollexianorum cervicosam feritatem animosius accingitur, nullius hactenus bello vel virtute attentatam«...

Vinc. MPH II 421.

Kronika Boguchwała i Godysława Paska MPH II 537.

50 (1192).

Cum Ruthenorum dux, qui Drohiczin in dicione sua haberet, Jaczwingis (Pollexiani) clam opem ferret, Casimirus in eum profectus est et in suum arbitrium venire coegit.

Vinc. MPH II 421—422.

51 (1192).

Casimirus a Drohiczin profectus tribus diebus magno itinere viam emetitur et Jaczwingorum terram invadit. Regionibus hostium devastatis eorum principem in dicionem accepit; is autem inani ostentatione solum id fecit. Cum Jaczwingi multis in proeliis acriter resisterent, Casimirus eos cogit, ut se suaque omnia dedant. Fide oboedientiae stipendiique remittendi accepta Casimirus victor patriam revertitur.

Vinc. MPH II 422—424.

Kronika Boguchwała i Godysława Paska. MPH II 537—538.

52 1193.

Rurik bellum adversus Lithuaniam (na Litwou) proxima hieme suscipere optat, sed incepto hoc desistit.

Ipat. 676—678.

53 (ante 1196 vel 1196).

Jaczwingi (Jatwjahy) terras Romani, filii Mstislai, praedati sunt.

Ipat. II 702.

54 1196 *»Toe że zimy«.*

Romanus, Mstislai filius, ut iniurias ulciscatur, in Jaczwingos (na Jatwjahy) proficiscitur. Hi autem viribus Romani pares praestare se non possunt, itaque in castra se abdiderunt. Ruthenorum dux autem fines hostium incendio delet et victor domum revertitur.

Ipat. II 702.

55 1198 *»Toi że wesnĕ«.*

Iziaslaus, Iaroslai filius, moritur, qui castrum Luki tenebat, ut Novogrodenses ab Lithuanorum incursionibus (otъ Litwy) defenderet.

Nowh. 1 III 24.

Nowh. 4 IV (1) 178. Nowh. 5 IV (2) 178. Twersk. XV 288 Patr. X 32 s. a. 1199.

56 *»1198 Na tu że osenь«.*

Polocenses cum Lithuanis (sъ Litwoju) castrum Luki diripiunt.

Nowh. 1 III 24.

Twersk. XV 288 s. a. 1199.

57 *1199*

Patr. X 32, Twersk. XV 288 vide s. a. 1198.

58 *(saec. XIII, XII et ante).*

»Memela... est fluens aqua, descendens de regno Russie circa castrum et civitatem Memelburgk intrans mare, ipsam Russiam, Lethowiam et Curoniam dividens eciam a Prussia«.

Dusb. 51.

Jeroschin 345. Cf. Ann. Sil. Comp. MPH III 676.

59 *(saec. XIII, XII et ante).*

»Terra Prussie in XI partes dividitur. Prima fuit Colmensis et Lubovia... Secunda Pomesania... Tercia Pogesania... Quarta Warmia... Quinta Nattangia... Sexta Sambia... Septima Nadrowia, in qua Nadrowite. Octava Scalowia, in qua Scalowite. Nona Sudowia, in qua Sudowite. Decima Galindia, in qua Galindite. Undecima Bartha et Plicka Bartha... Sudowite generosi, sicut nobilitate morum alios precedebant, ita diviciis et potencia excedebant«.



Dusb. 51—52.

Jeroschin 346.

60 *(saec. XIII, XII et ante).*

»Prutheni noticiam dei non habuerunt... Fuit autem... in Nadrowia locus quidam dictus Romow..., in quo habitabat... Criwe, quem colebant pro papa,... ad istius... mandatum non solum gentes predicte, sed et Lethowini... regebantur«.

Prutheni resurrectionem carnis futuram credunt. Una cum mortuis arma, servos, equos, vestes etc. comburunt. Ut olim Prutheni, ita nunc (temporibus Petri de Dusburg) Lithuani (Lethowini) quoque post victoriam dis suis victimam offerunt.

Dusb. 53—54.

Jeroschin 348—351.

61 1264 *(saec. XIII, XII et ante).*

»Est... Iaczwingorum natio versus aquilonarem plagam, Masoviae, Russiae et Lithuaniae terris conterminans, sita, cum Pruthenica et Lithuanica lingua magna ex parte habens similitudinem et intelligentiam, populos habens immanes et bellicosos et tam laudis memoriaeque avidos, ut decem ex illis cum centum hostibus decernerent...«

Długosz II 389.

62 *(saec. XIII?)*

Lithuani sancti Benedicti monasterium in Calvo Monte situm improviso aggrediuntur et arborem sanctae crucis auferunt. Redeuntes tamen ex terra Sandomiriensi miraculis manifestis factis crucem in pristinam sedem reportant.

Długosz I 42.

63 (*ineunte saec. XIII*).

Pugna Theutonicorum cum Lithuanis (letowen... schar) atque Ruthenis apud Kokenhusen committitur.

Alnp. 12—13.

64 *1200.*

Lithuani (Litwa) regionem circa flumen Lowat »do Naljucja, s Bělěě do Swinorta i do Worcza Seredu« sitam populantur. Novogrodenses Lithuanos usque »do Сьrnjanъ« prosequuntur, pugnant cum eis prospere et octoginta eorum milites interficiunt.

Nowh. 1 III 25.

Nowh. 4 IV (1) 179 et Nowh. 5 IV (2) 179: ubisza... wъ klině. Sof. I V 184. Woskr. VII 107: biszasja... wъ Islině... Patr. X 33. Twersk. XV 290... w Klině...

65 (*1201*).

Lithuani (Leththones) cum christianis Rigae pacem faciunt.

Heinr. Chron. Lyv. 245—246.

66 (*1201—1202*) »*hyeme*«.

Lithuani (Leththones) Dunam descendentes Semigalliam tendunt. Sed ante ingressum terrae, ducem de Polock Lithuaniam (Leththoniam) intrare audientes, Semigallis relictis, redire festinant. Atque in ascensu iuxta Rumbulam duos piscatores episcopi Alberti invenientes, vestes, quibus tegebantur, auferunt. Peregrini autem quosdam Lithuanos adhuc Rigae existentes capiunt.

Heinr. Chron. Lyv. 246.

67 (*1202—1247*).

»Conradus,... Mazovie dux..., multas infestationes a Pruthenis et a Pollexianis in terra Culmensi sustinebat...«

Kron. Boguchw. i God. Paska MPH II 559.

Rocznik Mazowiecki MPH III 204.



68 (*1203*).

Dux de Gercike cum Lithuanis (Lethonibus) Rigam procedens duos sacerdotes capit et quosdam viros occidit.

Heinr. Chron. Lyv. 248.

69 *1203.*

Duces ab Olego orti (Olhowicja) Lithuanos (Litwu) vincunt et mille septingentos interficiunt.

Nowh. 1 III 26.

Sof. 1 V 184. Woskr. VII 108. Patr. X 36. Simeon. XVIII 39. Ermol. XXIII 59. Hust. II 328 s. a. 1204 Nowh. 2 III 128 s. a. 1204. Nowh. 4 IV (1) 180 s. a. 1204. Nowh. 5 IV (2) 180 s. a. 1204. Rohożsk XV 24 s. a. 1204 Toe że zimy. Twersk. XV 294 s. a. 1204. Lьwowsk. XX 143 s. a. 1204. Cf. Lawr. I 421 s. a. 1205.

70 *1203.*

Kochanowski I N 160 p. 149 et N 301 p. 342 vide s. a. 123.

71 (*1204*).

Lithuani (Lethones) cum Livonibus Rigam descendunt et pecora eius in pascuis comprehensa deducere tentant.

Heinr. Chron. Lyv. 248.

72 *1204.*

Hust. II 328, Nowh. 2 III 128, Nowh. 4 IV (1) 180, Nowh. 5 IV (2) 180, Rohożsk. XV 24, Twersk. XV 294, Lьwowsk. XX 143 — vide s. a. 1203.

73 *1205* »*toiż zimy*«.

Duces ab Olego orti (Olhowiczi) cum Lithuanis (s Litwoju) pugnant.

Lawr. I 421.

Hust. II 329: so Litwoju i Jatwjahi. Długosz II 177: Tum... primum Lithuanicae gentis nomen, quod in eum latebat diem, auditum: servi enim Ruthenorum existentes annis pluribus perizomata, suberes pendebant. Cf. Nowh. 1 III 26 s. a. 1203.

74 *(1205) »circa quadragesimam«.*

»Svelgate«, Lithuanorum (Lethonum) dux, contra Estones magnis copiis proficiscitur. Lithuanos praeda onustos revertentes Theutonici cum Semigallis adoriuntur eisque magnam cladem inferunt.

Heinr. Chron. Lyv. 249—250.

Vide: Heinr. Chron. Lyv. s. a. 1221.

75 *(1205).*

»Referebat sacerdos quidam, qui tunc in Lethonia captivus tenebatur,... quod mulieres quinquaginta se ob mortem virorum suspendio interfecerunt«.

Heinr. Chron. Lyv. 250.

76 *1205.*

Ipat. II 721 vide s. a. 1208—1209.

77 *(1206).*

Praedones Lithuanorum (Lethonum) in Theutonicos ab episcopo Rigensi Polock properantes impetum faciunt.

Heinr. Chron. Lyv. 252.

78 *(1206).*

»Ako, princeps ac senior (Livonum) ,...ad bellandum contra Rigenses... Letthones collegerat...«

Heinr. Chron. Lyv. 254.



79 *(1206) »autumpnali tempore«.*

Livo quidam Danieli sacerdoti visionem suam narrat et mox magnum impetum Lithuanorum (Leththonum) fore praedicit.

Heinr. Chron. Lyv. 257.

80 *(1207).*

Regulus de Kokenhusen Vesceka auxilium episcopi Rigensis contra insultus Lithuanorum (Lethonum) petit.

Heinr. Chron. Lyv. 258.

81 *(1207) Decembri.*

Lithuani (Leththones) Dunam transeuntes Thoreidam invadunt (24 XII) et summo mane transita Coiwa (25 XII) ecclesiam Kipsal et omnes villas in circuitu spoliant. Rigenses cito praesidio veniunt et prope Ascheraden Lithuanis praedam et captivos adimentes magnam eis cladem inferunt.

Heinr. Chron. Lyv. 259—260.

82 *1207.*

»Lithuanis... terras Russiae vastantibus, Ruthenorum duces... occurrunt et Lithuanos magna caede confligunt, multosque ex Ducibus Lithuanorum interficiunt; fugientes autem Lithuanos in longum persecuti, multos in vicis, silvis... occidunt«.

Długosz II 181.

83 *1208.*

Rigenses apud Ascheraden corpora Lithuanorum (Lethonum) occisorum inhumata reperiunt.

Heinr. Chron. Lyv. 260.

84 *(1208).*

Albertus, episcopus Rigensis, cum exercitu suo praesidium castri Selonum ad obsequium et ad Lithuanos (Lethones) eodem amovendos cogit.

Heinr. Chron. Lyv. 261.

85 *(1208).*

Lithuani (Lethonibus) saepe Letigallos adoriuntur.

Heinr. Chron. Lyv. 261.

86 *(1208) »in solempnitate paschali«, Apr. 6.*

Albertus, episcopus Rigensis, duci de Kokenhusen contra Lithuanorum impetus (contra Leththones) adiuvando se obstringit.

Heinr. Chron. Lyv. 261—262.

87 *(1208).*

Semigallia a Lithuanis (Lethonibus) saepe depraedata erat.

Heinr. Chron. Lyv. 263.

88 *(1208).*

Theutonici Rigenses, Vesthardo, Semigallorum duci, iuncti, contra Lithuanos (Lethones) pugnantes vincuntur.

Heinr. Chron. Lyv. 263.

89 *(1208).*

Lithuani (Lethones) in Semigalliam impetum facientes profligantur.

Heinr. Chron. Lyv. 264.

90 *1208.*

Vesceka, regulus de Kokenhusen, milites ab Alberto, episcopo Rigensi, sibi auxilio contra Lithuanos (Letthones) missos dolo et fraude necat.

Heinr. Chron. Lyv. 266.

91 *1205 (1208—1209).*

Lithuani et Jaczwingi (Litwa i Jatwězě) multa castra vastant: »Touriskъ i okolo Komowa, szli i do Czerwena i biszasja ou worotъ Czerweneskych i zastawa bě Ouchanjachъ«.

Ipat. II 721

Hust. II 331 s. a. 1209.



92 *(1209).*

Albertus, episcopus Rigensis, castrum Kokenhusen tuetur et illud contra irruptiones Lithuanorum (Letthonum) munit.

Heinr. Chron. Lyv. 266.

93 *(1209).*

Letthi Lithuaniam (Letthoniam) intrant, quibusdam occisis, quibusdam captis in Kokenhusen revertuntur.

Heinr. Chron. Lyv. 266.

94 *(1209).*

Regulus Vissewalde de Gercike filia potentioris de Lithuania (Lethonia) in matrimonium ducta cum Lithuanis societatem iungit et Theutonicos magnis incommodis et cladibus afficit.

Heinr. Chron. Lyv. 267.

95 *(1209).*

Lithuani (Lethones) terras Ruthenorum, Letthorum, Livonum, Estonum despoliant atque pervastant, quae gentes crudelibus hostibus resistere nequeunt.

Heinr. Chron. Lyv. 267.

96 *(1209) »cum... dies autumnales appropinquarent...»*

Ab episcopo Rigensi Alberto devictus Wissewalde, regulus de Gercike, se omnia foedera cum Lithuanis (Lethonis) iuncta rupturum esse pollicetur. Cuius ducis uxor (Lithuana) captiva ab Alberto episcopo liberata est.

Heinr. Chron. Lyv. 267—268.

97 *(1209).*

Wissewalde, regulus de Gercike, Lithuanorum (Lethonum) se consiliis intermiscens, paganos adversus Theutonicos, qui erant in Kokenhusen, saepe concitat.

Heinr. Chron. Lyv. 268.

98 *1209.*

»Milites Poloni et Hungari per Ruthenos et Lithvanos devicti in prelio, propter Colomannum venales exhibebantur«.

Excerpta Ioannis Długossi MPH IV 12

99 *1209.*

Hust. II 331 vide s. a. 1208—1209.

100 *(1210).*

Curones ad Lithuanos (Lethones) legatos consulentes, quomodo Rigam delerent et Theutonicos occiderent, mittunt.

Heinr. Chron. Lyv. 270.

101 *(1210).*

Lithuani (Letones) frustra castrum Kokenhusen obsident.

Heinr. Chron. Lyv. 270.

102 *(1210).*

Periculo a Lithuanis (Letthonum) imminente Rigenses propius foedus cum duce de Polock iungere desiderant.

Chronicon Livonicum Vetus. Scriptores rerum livonicarum I 1853, 142 — 144.

103 *1210.*

Vladimirus dux cum Novogrodensibus Lithuanos (Litwu) »w Chodyniсěchъ« assequitur eosque vincit.

Lawr. I 491.

Nowh. 1 III 31. Nowh. 4 IV (1) 182. Nowh. 5 IV (2) 181. Sof. 1 V 191. Patr. X 60. Twersk. XV 309.



104 *1211.*

Ruthenorum duces a Lithuanis edocti et adiuti Poloniam saepe invadebant.

Długosz II 191.

105 *(circa 1212).*

Philippus Lithuanus (de gente Lettonum) inter alias nationes fidem Christianam propagans morti martyri occumbit.

Heinr. Chron. Lyv. 279 — 280.

106 *(1212).*

Dux de Polock episcopum Rigensem in congressum Gercike invitat, ut communi periculo lithuano pacem renovaret. Equites christiani cum Alberto Ruthenis obviam proficiscentes in via ad Dunam improvisum impetum Lithuanorum (Letonum) timent. In congressu pax perpetua cum contra Lithuanos tum contra ceteros paganos versa componitur.

Heinr. Chron. Lyv. 280 — 281.

107 *(1212).*

Lithuani (Letthones) in Kokenhusen veniunt, petentes pacem et viam ad Estones. Et data est pax et via concessa ad Estones nondum conversos. Cum magno exercitu Saccalam intrantes, Lithuani viros multos, mulieres et parvulos comprehendunt et omnem substanciam eorum rapientes, secum portant.

Heinr. Chron. Lyv. 284.

108 *1213.*

Pscovenses Vladimirum de Toropiec, »knjazja Litowskoho«, expellunt.

Pskowsk. 1 IV 177.

109 *1213 »w Petrowo howěnie«.*

Lithuani (Litwa) castrum Pskow diripiunt.

Nowh. 1 III 32.

Pskowsk. 1 IV 177. Nowh. 4 IV (1) 184. Nowh. 5 IV (2) 183. Patr. X 65. Twersk. XV 313.

110 *(1213).*

Lithuani (Letthones) in terram Letthorum veniunt et villulas despoliantes, multos occidunt. Et pervenientes usque ad Tricatuam, Thalibaldum, seniorem illius provinciae, et Waribulum filium ipsius capiunt. Postquam autem cum omni praeda Duna transita terrae suae confinia adirent, Thalibaldus ab eis effugit.

Heinr. Chron. Lyv. 285.

111 *(1213).*

Daugeruthe, ducis Wissewalde socer, ad regem Novogardiae it, pacis cum eo foedera componens. In reversione sua captus est a fratribus ord. et in Wenden ductus est. Ibidem quidam Lithuani (de Letonia) ad eum veniunt. Post hoc Daugeruthe gladio se confodit.

Heinr. Chron. Lyv. 285.

112 *(1213).*

Milites de Kokenhusen et Letthi saepe villas et confinia Lithuanorum (Lettonum) vastant et alios interficientes ex aliis captivos ducentes, multa eis mala inferunt.

Heinr. Chron. Lyv. 285.

113 *(1213).*

Lithuani (Letones) Dunam transgresssi provinciam Lenewardensem despoliant et multam praedam rapiunt. Ipse Uldewene provinciae senior capitur. In Lithuanos revertentes Theutonici impetum faciunt. In pugna Lithuanorum princeps multique pagani occidunt. Lithuani, qui in prima acie stabant, fugiunt atque Uldewene secum auferunt. Idem pretio capitis mortui Lithuanorum principis servitio liberatur.

Heinr. Chron. Lyv. 285.



114 *(1213—1214).*

Lithuani (Letones), ut adfinia delerent, flumen Dunam transeunt, sed a Theutonicis profligantur. Stecse eorum dux in pugna morte occumbit.

Heinr. Chron. Lyv. 285—286.

115 *(1213—1214).*

Lithuani (Letones) »diebus paucis« Rigenses non invadunt.

Heinr. Chron. Lyv. 286.

116 *(1214).*

Filii Thalibaldi de Tolowa cum Theutonicis artissimis vinculis coniungi et eorum imperio oboedire desiderant, dummodo eos a Lithuanis (contra Letones) et Estonibus liberarent.

Heinr. Chron. Lyv. 286.

117 *(1214).*

Milites de Kokenhusen Wissewaldum, regulum de Gercike, incusant, quod non veniret episcopum Albertum, cuius potestati subiectus esset, non visitaret, sed continuo Lithuanis (Letonibus) amicissimis uteretur.

Heinr. Chron. Lyv. 286.

118 *(1215?).*

Lithuani (Letones) ad Dunam descendunt. Equites christianos, Gercike revertentes, Lithuani adgrediuntur magnamque eis cladem inferunt.

Heinr. Chron. Lyv. 288—289

119 *1215.*

Ipat. II 735—736 vide s. a. 1219. Ipat. II 736 vide s. a: post 1219 et 1220—1222.

120 *(1216) »transacta... Dominicae resurrectionis«.*

Woldemarus, dux de Polock, a Lithuanis (Letonum) auxilium in expeditione contra Rigenses petit.

Heinr. Chron. Lyv. 294.

121 *1216 »Sequenti... tempore«.*

...»dum alius Lithuanicus exercitus civitatem et regionem Poloczsko vastaret, Dux Mstislaus Dawidowicz cum Smolnensium militia celeri cursu in Poloczsko adveniens, Lithuanos incautos offendens, absque numero sternit et occidit«.

Długosz II 202.

122 *1216.*

Długosz II 202 vide s. a. 1226.

123 *1217 (ante 1217).*

Cristinus, palatinus Masoviae, Pruthenis et Lithuanis devictis, illos tributarios Polonorum ducum fecit.

Długosz II 204.

124 *1217.*

Lithuani (Litwa) regionem ad flumen Szelon sitam vastant. Novogrodenses contra Lithuanos proficiscuntur, sed assequi eos non possunt.

Nowh. 1 III 35.

Nowh. 4 IV (1) 197. Nowh. 5 IV (2) 193. Pskowsk. I IV 177. Patr. X 79.

125 *(1218).*

Lithuani (a Letonibus) Plescoviam tentant.

Heinr. Chron. Lyv. 301.



126 *1218.*

Hust. II 334 vide s. a. 1219.

127 *(1219).*

Lithuani (littowen) magno impetu crudeliter Osiliam, Mone, Wik, Jerwen, Normegunde, Sackel ceterosque vicos pervastant. Fratres ord. Liv., qui sedem Ascheraden habent, Lithuanos in regione Lenewarten superant praedamque iis adimunt.

Alnp. 33—36.

128 *1219.*

Lithuani (Litwa) Theutonicis contra Novogrodenses apud Pertuew auxilium ferunt.

Nowh. 1 III 37.

Twersk. XV 331 s. a. 1220.

129 *(1219).*

Semigalli de Mesoten auxilium episcopi Rigensis contra Lithuanos (Letones) petunt.

Heinr. Chron. Lyv. 303.

130 *(1219).*

Semigalli, qui iam baptizati sunt, ad paganitatem redeuntes firmis foederibus cum ceteris Semigallis et Lithuanis (Letonibus) contra Rigenses, Livones omnesque christianos se coniungunt.

Heinr. Chron. Lyv. 304.

131 *1215 (1219).*

Lithuaniae duces cum Romani vidua eiusque filiis, Daniele et Vasilcone, pacem faciunt, »bjachou že imena Litowъskichъ knjazei se starěszei Žiwinъboudъ. Dawъjatъ. Dowъsprounkъ. bratъ eho Midohъ. bratъ Dowъjalowъ. Wilikailъ a Žemotъskyi knjaz Erъdiwilъ.

Wykyntъ. a Rouszьkowiczewъ. Kintiboutъ. Wonibout. Boutowitъ. Wižěikъ. i synъ eho Wiszlii. Kitenii. Plikosowa. a se Boulewiczi. Wiszimout... a se knjazi iz Djawoltwy. Judьki. Poukěikъ. Bikszi. Likiikъ...«

Ipat. II 735 — 736.

Hust. II 334 s. a. 1218: Wъ Litwě... starěi bě knjazь Żiwibundъ.

132 *1215 (post 1219).*

Mindowe (Mindoho тъ) Wiszimutem (Wiszimout) interficit, uxorem eius rapit fratresque »Ediwila. Sprouděika« devincit.

Ipat. II 736.

133 *1262 (post 1219 — ante 1244).*

Mindowe (Minьdowhъ) fratres suos et filios eorum necavit, alios autem (consanguineos) in exsilium expulit et solus totius Lithuaniae (zemli Litowьskoi) regnum obtinuit.

Ipat. II 858.

134 *1219.*

Patr. X 84 — 86 vide s. a. 1220.

135 *1220 »Toe że zimy«.*

Lithuani (Litwa) terram Czernihoviensem populantur. Mstislaus, Swiatoslai filius, eos assequitur et fundit et praedam adimit.

Woskr. VII 128.

Lьwowsk. XX 151. Patr. X 84, 85, 86 s. a. 1219. Hust. II 334 s. a. 1221. Twersk. XV 332 s. a. 1221.

136 *(1220).*

Westhardus cum Semigallis et Lithuanis (Letthonibus) ad castrum Holm venit sed Lithuani cum Theutonicis pugnare nolunt et in suam patriam remigrant.

Heinr. Chron. Lyv. 306.



137 *1215 (1220 — 1222).*

Lithuani Poloniam invadunt magnamque ibi caedem faciunt.

Ipat. II 736.

Hust. II 334 s. a. 1220: Rusь... so Litwoju i Jatwjahi...

138 *1220.*

Twersk. XV 331 vide s. a. 1219. Hust. II 334 vide s. a. 1222.

139 *(1221).*

Christiani Livonienses Svellegaten[1]) et ceteros plures Lithuanos (Lettorum!) principes ac seniores interfecerant.

Heinr. Chron. Lyv. 313.

140 *(1221).*

Rutheni rege Nogardiae duce terram Lettorum ingrediuntur atque duo hebdomadas Lithuanorum (Lettones) adventum exspectantes, regionem depopulantur. Prope Wendam Lithuani (Litowini) cum Ruthenis copias coniungunt. Quandam manum Lithuanorum christiani adoriuntur eique magnam cladem inferunt. Cum Rutheni in patriam remigrant Lithuani a Ruthenis separari non audentes propter timorem Theutonicorum una cum iis abeunt.

Heinr. Chron. Lyv. 314.

Lawr. I 503, Nowh. I 38, Nowh. 4 IV(1) 200, Nowh. 5 IV (2) 196, Pskowsk. 1 IV 177, Sof. 1 V 202, Twersk. XV 334 — s. a 1222.

141 *(1221) »iam tempore hyemali«.*

Theutonici cum Letthis adversus Plescoviam, ut Lithuanis (Lettonibus) cum praeda revertentibus occurrerent, properant. Cum adversarii numero superarent, christiani gravem cladem eis inferunt. Ipse Lithuanorum princeps et complures equites morte occumbunt.

Heinr. Chron. Lyv. 314 — 315.

[1]) Vide Heinr. Chron. Lyv. s. a. 1205.

142 *(1221—1229) »ante ingressum fratrum domus Theut. in terram Prussie«.*

»Scalowite habebant unum castrum circa Raganitam in quodam monte, in cujus obsidione Rutheni cum maximo exercitu fuerunt IX annis... Tandem Rutheni fatigati laboribus et expensis..., ab obsidione recesserunt«.

Dusb. 133.

Jeroschin 488—489.

143 *1221.*

Twersk. XV 332, Hust. II 334 vide s. a. 1220. Ipat. II 739 vide s. a. 1222.

144 *1221 (circa 1222).*

Post Lithuanorum in Poloniam incursum (po Litowьskomъ woewanьi) Lestco cum Daniele pacem facit.

Ipat. II 739.

Hust. II. 334 s. a. 1220.

145 *1222.*

Lawr. I 503, Nowh. 1 III 38, Nowh. 4 IV (1) 200, Nowh. 5 IV (2) 196, Pskowsk. 1 IV 177, Sof. 1 202, Twersk. XV 334—vide s. a. 1221.

146 *1223.*

Nowh. 1 III 39, Twersk. XV 334 vide s. a. 1226. Bunge I N 224 p. 283—284 vide s. a. 1251.

147 *(1224).*

Viesceka dolo equites a Rigensibus auxilio contra Lithuanos (Letthonum) missos trucidat.

Heinr. Chron. Lyv. 323.



148 *1224.*

Exercitus ex Rusa pugnis cum Lithuanis (sъ Litwoju) commissis magnum militum detrimentum accipiunt.

Nowh. 1 III 39.

Nowh. 4 IV (1) 202. Nowh. 5 IV (2) 197. Twersk. XV 335.

149 *per annos 40 ante a. 1225—1226.*

Lithuani (Letthones) continenter terras Livonum et Letthorum invaserant.

Heinr. Chron. Lyv. 326.

150 *(ante 1225).*

Lithuani (Letthones) legatos suos, qui pacem peterent, Rigam mittunt.

Heinr. Chron. Lyv. 326.

151 *1225.*

Fuit occisus (a Litwinis Avigenus) archiepiscopus Coloniae Agrippinae.

Ann. Dunam. cod Ronneb. ex transl. Polon. retranslati. Höhlbaum Beiträge 45.

152 *1225.*

Lawr. I 447—448, 510, Nowh. 1 III 42, Nowh. 4 IV (1) 203, Nowh. 5 IV (2) 198—199, Sof. 1 V 207, Woskr. VII 133, Patr. X 93, Twersk. XV 345, Ermol. XXIII 71—72, Tipohr. XXIV 91—vide s. a. 1226.

153 *1225 (1226) Februario-Martio.*

Lithuani (Litwa) regiones castrorum Torzok, Toropiec, Smolensk[1]), Polock populantur. Rutheni hostes ad Uswiat (ou Wьswjata, na Wьste) assequuntur et vincunt et praedam adimunt (1 III).

Lawr. I 447—448, 510.

[1]) Bunge I N 101 p. 125: 1229. welika pahouba bywaetь ot pohani Smoljanomъ i Nemcomъ.

Nowh. 1 III 42. Nowh. 4 IV (1) 203. Nowh. 5 IV (2) 198—199. Sof. 1 V 207. Woskr. VII 133. Patr. X 93. Ermol. XXIII 71—72. Tipohr. XXIV 91. Twersk. XV 345: Jaroslawъ postiže ichь wъ Polotckoi zemli na Wstě, u Owъswjaczo horodka. Nowh. 1 III 39 s. a. 1223. Twersk. XV 334, 345 s. a. 1223, 1226. Simeon. XVIII 52 s. a. 1226. Lьwowsk. XX 154 s. a. 1226. Długosz. II 202 s. a. 1216.

154 *1226.*

Iaroslaus dux, Lithuanos secutus (s pohoni Litowьskija) in Nowogrod revertitur.

Lawr. I 510.

155 *post a. 1225 (post 1226).*

Lithuani (Litwa) terras Novogrodenses invadere aliquot annos non audent.

Lawr. I 448.

Simeon. XVIII 52 s. a. 1226.

156 *1227.*

Ipat. II 751 vide s. a. 1228.

157 *1227 (1228).*

Jaczwingi (Jatwjazi) agros ad Brest sitos populantur. »I ouhonista i iz Wolodimerja. naechawszima že dwě dwěima. Monъdouniczju Szoutrowi i Stehoutowi Zěbrowiczju na polkъ«. Rutheni magnam invasoribus cladem adferunt eorumque duces interficiunt.

Ipat. II 751.

Hust. II 336 s. a. 1228.

158 *1228.*

Devastata est (Livonica terra) a (Samaytis) et Curonibus.

Ann. Dunam, cod. Ronneb., ex transl. Polon. retranslati. Höhlbaum Beiträge 41.



159 *1228.*

»In Prutia vero,... episcopus Mutinensis Guillelmus, missus a papa lagatus,... multos paganos ad fidem attraxit... Erant autem hoc anno in illis partibus quinque... provinciae paganorum acquirendae,... Prutia, Curlandia, Lethovia, Withlandia et Sambia«.

Chronicon Alberici. Script rer. pruss. I 241.

160 *(circa 1228).*

»Conradus... Jaczwanszytas, Scovitas, Pruthenos, Litwanos, Szamvitas pretio conventios ad devastandum terras Sandomirienses nepotis sui frequenter educebat... Cui Cracovitae et Sandomiritae fortissime resistebant...«.

Kron. Boguchw. i God. Paska MPH II 556.

161 *1229.*

Lithuani (Litwa) Poloniam vastant.

Ipat. II 754.

162 *1229.*

Lithuani (Litwa) adversus Brest proficiscuntur, sed Wladimir de Pinsk, Daniele et Wasilkone absentibus, patriam a Jaczwingorum parte (ot Jatъjazъ) custodiens, contra Lithuanos in certamen descendit et eos proelio devincit.

Ipat. II 754.

163 *(1229).*

Volkewin, magister ord. Livon., infestam expeditionem contra Lithuanos (Littowen) suscipit eosque in terra »Alsen« (Nalsen) profligat.

Alnp. 42—43.

Cf. Herm. de Wartberge, 32: habito conflictu circa rivulum Ymmare.

164 *1229.*

Lawr. I 511, Nowh. 1 III 45, Nowh. 4 IV (1) 209, Nowh. 5 IV (2) 203, Sof. 1 V 209 — vide s. a. 1230.

165 *Littera, declarata per nonnullos sicut falsa. Plociae 1203 (123.?).*

Conradus, Masoviae dux, episcopi Plocensi possessiones »per... Jaczvangos et Prutenos ac alias gentes infideles« vastatas confirmat.

Kochanowski I N 160 p. 149 et N 301 p. 342.

166 *1229 (1230) »Toe že zimy«.*

Lithuani (Litwa) castra »Ljubie, Morewu i Sělegěrъ « diripiunt. Quos Novogrodenses assequuntur praedamque eis adimunt.

Lawr. I 511.

Nowh. 1 III 45: měsjacja henwarja. Nowh. 4 IV (1) 209. Nowh. 5 IV (2) 203. Sof. 1 V 209. Patr. X 99 s. a. 1230. Twersk. XV 354 s. a. 1230.

167 *1230.*

Conradus, dux Masoviae et Cuiaviae, ecclesiae Plocensi certas confert libertates: »Item ducant podvodas in ordine de villa ad villam proximam sed non accipiantur equi eorum, mittendi in Prussiam vel podiasdam...«.

Kochanowski I N 278 p. 302 — 303.

168 *1231.*

Possessiones regis Danici: »Terre Pruzie, ex una parte Lipz, Pomezania, Lanlania, Ermelandia, Natangia, Barcia, Peregodia, Nadravia, Galindo, Syllones, Zudua, Littovia: ex altera parte Lipz, Zambia, Scalwo, Lammata, Curlandia, Semigallia«.

Cod. dipl. Warm. I Reg. Nr. 1 p. 1.



169 *1234.*

Lithuani (Litwa) regionem circa Rusam et Torzek (Rusu i do torhu) sitam populantur et pugnis commissis ad Klin proficiscuntur. Iaroslaus dux Lithuanos ad Dubrowna cum Novogrodensibus assecutus proelio vincit praedamque iis adimit.

Lawr. I 513.

Nowh. 1 III 49 — 50. Nowh. 4 IV (1) 214. Nowh. 5 IV (2) 207. Sof. 1 V 210. Patr. X 104. Rohožsk. XV 28. Twersk. XV 362 — 363. Awr. XVI 50.

170 *1248 (1234).*

Jaczwingi (Jatwjazě) loca Ochože et Bousownae circumiacentia populantur. Wasilko invasores persecutus apud Drohiczin[1]) eos profligat et magnam hostibus cladem adfert.

Ipat. II 799.

171 *1235.*

Ipat. II 776 vide s. a. 1238. Ipat. II 777 vide s. a. 1238—1239.

172 *(1236 aestate).*

Equites ord. Livon. in Lithuanos (Littowen) infestis armis profecti male rem gerunt[2]). In pugna apud »Soule«[3]) conserta multi christiani inter quos Volkewin magister obit occidunt.

Alnp. 43 — 45.

---

[1]) Kochanowski I N 366 p. 421 — 422: 1237 Martii 8. C (onradus), dux Masoviae et Cuiaviae, magistro B (runoni) et fratribus ordinis Dobrinensis »castrum Drochicin et totum territorium, quod ex eadem parte castri continetur a medietate fluminum Bug et Nur usque ad methas ruthenorum« confert et praenominatam terram Drohiczin »contra invasores« se fideliter defensurum promisit. Ipat. II 776.

[2]) Dusb. 65: Legatus ex Livonia venit et nuntiavit magistrum Volquinum cum fratribus et de peregrinis et populo. Dei plures occidisse in proelio interfectos. Jeroschin 367. Bunge I N 149 p. 191 — 194: ante 12 V 1237. Praeceptor et fratres militiae Christi de Livonia papam de clade a saevis paganis accepta certiorem faciunt. Cf. Ibid. Reg. N 168 p. 42, Mittheil VIII N 12 p. 139—140. Annales Stadenses. Mon. Germ. Hist. Script. T. XVI 363: »Facta est maxima strages peregrinorum in Livonia circa festum Mauri-

Ann. Dunam., ed Höhlbaum Beiträge 40—41: 1237 Septembris 22. Herm. de Wartberge 33, 36: circa terram Sauleorum. Lawr. I 514: na bezbożnuju Litwu, Nowh. 1 III 50, Nowh. 4 IV (1) 215, Nowh. 5 IV (2) 208, Sof. 1 V 210—211, Patr. X 105, Twersk. XV 364—s. a. 1237. MPH. VI 300. Cf. Ipat. II 816 s. a. 1252: jako tebe dělja mirъ stworimъ so Wykyntomь zane bratьju naszou mnohou pohoubi.

173 *1236.*

Hust. II 338 vide s. a. 1238.

174 *Rigae 1237 (Septembri).*

W(ilhelmus), apostolicae sedis legatus, fines episcopatus Rigensis, Curoniensis et Semigalliensis decernit. Episcopatus Curoniensis usque ad Lithuaniam (Litoviam) pertinet[1].

Bunge I N 153 p. 196—198.

---

cii. Theoricus de Haselitor ibi cecidisse dicitur«. Necrologium Hamburgense. Langebek J. Scriptores rerum danicarum V 409: »Septembris 22. Obiit Tydericus pater Domini Friderici de Haseldorpe«. Bunge I N 151 p. 194—195: Viterbii 1237 Maii 30: Gregorius pp. IX ordini Praedic. elemosinas et bona, quae ut rei christianae propagatores adepti sunt, fratribus militiae Christi de Livonia assignare iubet. Papa desiderat, ut de ea pecunia equi et arma emantur, quae omnia fratres de Livonia nuper in proeliis adversus paganos amiserunt.

3) Soule — Bunge I N 265 p. 347—348: 1254 »mense Aprili«. Albertus, archiepiscopus Rigensis, et fratres ord. Livon. terram, quae Opemele dicitur, inter se dividunt; cuius limites »usque ad terminos terrarum Opiten et Saulen« ponunt.

1) Bunge I N 236 p 295—298: 1252 Julii 29. Episcopus Curoniae et fratres ord. Theut. terras Curonienses inter se dividunt; inter has »Ceclis, Negouwe, Pilsaten et Dovzare, praeter Razze et Bartha«. Ibid. N 237 p. 297—299.

Bunge I N 247 p. 320—322: 1253 Aprili in Goldingen. Henricus, episcopus Curoniensis, variis personis certas terras, quarum nonnullae in Samogitia (in deme lande, dat Zameiten is genant) sita sunt, donat.

Bunge I N 249 p. 327—329: 1253 Aprilis 5 in Goldingen. H(enricus), Curoniensis episcopus, et ordo Theut. in Livonia »terras incultas... videlicet Ceclis, Dovzare, Megowe, Pilsaten et terram, quae est inter Scrunden et Semigalliam« inter se dividunt. Cf. Ibid. N 248 p. 321—327, N 253 p. 334—337, Seraphim N 571 p. 357—361 etc.



175 *1237.*

Lawr. I 514, Nowh. 1 III 50, Nowh. 4 IV (1) 215, Nowh. 5 IV (2) 208, Sof. 1 V 210—211, Patr. X 105, Twersk. XV 364—vide s. a. 1236. Ann. Dunam., Höhlbaum Beiträge 40—41 vide s. a. 1236. Hust. II 338 vide s. a. 1238—1239.

176 *1235 (1238) »wesně že bywszi«.*

Daniel adversus Jaczwingos (na Jatwezě) proficiscitur et ad Brest pervenit, sed flumina super ripas effunduntur, qua de causa porro iter facere non potest.

Ipat. II 776.

177 *1235 (1238).*

Daniel Lithuanos Mindowe subiectos (Litwou Minъdoha) in Conradum inmittit[1]).

Ipat. II 776.

Hust. II 338 s. a. 1236: priwede Litowskoho knjazja Dowmonta i Jatwjahowъ...

178 *1235 (1238—1239).*

Rostislaus contra Lithuanos (na Litwou) proficiscitur.

Ipat. II 777.

Hust. II 338 s. a. 1237.

179 *1238.*

Pskowsk. 2 V 10 vide s. a. 1239.

180 *1239 Septembris 25.*

Lithuani (Litwa) insidiis comparatis Pscovenses »na Kamně» fundunt fugantque.

Pskowsk. 1 IV 178.

---

1) Kochanowski I N 405 p. 478—479: 1240 Septembris 9. Boleslaus, dux Masoviae, inspectis afflictionibus, quas homines, castellaturam de Pultusk inhabitantes, ab gentilibus sunt passi, ipsos homines ab omnibus solutionibus et exactionibus ducalibus absolutos pronunciat. Cf. Ibid. N 460 p. 551 s. a. 1245 (!).

Pskowsk. 2 V 10 s. a. 1238: Pskowiczi izbisza Litwu... oktjabrja 25.

181 *1239.*

Iaroslaus ad Smolensk contra Lithuanos (na Litwu) proficiscitur, hostem vincit, paganorum ducem capit, castro Smolensk Wsewolodum ducem praeponit.

Lawr. I 469.

Woskr. VII 144. Patr. X 115. Rohożsk. XV 29. Twersk. XV 373. Lьwowsk. XX 158. Ermol. XXIII 77.

182 *1240 (1240—1241).*

Lithuani (Litwa) terras Novogrodenses circa flumen Luga populantur.

Nowh. 1 III 53.

Nowh. 4 IV (1) 227—228. Nowh. 5 IV (2) 218. Sof. 1 V 226. Simeon. XVIII 64. Lьwowsk. XX 160. Ermol. XXIII 79. Woskr. VII 149 s. a. 1241. Patr. X 119, 125 s. a. 1241. Twersk. XV 381 s. a. 1241.

183 *1240.*

Grünhagen Regesten zur schles. Gesch. II N 1067 p. 95—96 vide s. a. 1260.

184 *Littera suspecta (Czersk) 1241 (?).*

Conradus (Masoviae), dux Lanciciae, consentientibus filiis suis Gotardo comiti, ob victoriam ab eodem de »Prutenis et Lithuanis et Iaczwyagi« reportatam (»septemque duces, qui dicuntur Jaczwyangowe, incaptivavit«), villam Sluzewo donat.

Kochanowski I N 407 p. 481—482.

185 *1241.*

...»Cunradus... exercitu... ex Masoviae et Cuyaviae militibus,... item ex auxiliariis Pruthenis et Lithuanis, quanto fortiori poterat



congesto, advenit et utramque provinciam, Cracoviensem videlicet et Sandomiriensem, ...occupavit«.

Długosz II 284—285.

186 *1241.*

Wasilko terras suas ab Lithuanorum impetu (ot Litwy) custodit.

Ipat. II 792.

187 *1242.*

»Umnożiszasja jazyka Litowьskaho«. Lithuani terras (Novogrodenses) invadunt, attamen ab Alexandro duce proelio vincuntur, copiae eorum fuduntur et fugantur, multi duces interficiuntur, magnus paganorum numerus capitur.

Sof. 1 V 229.

Pskowsk. 2 V 4. Woskr. VII 151. Twersk. XV 385. Patr. X 129 s. a. 1243. Simeon. XVIII 65 s. a. 1243. Lьwowsk. XX 161 s. a. 1243. Ermol. XXIII 80 s. a. 1243.

188 *1242 (post 1242).*

Lithuani (Litwa) nomen Alexandri, ducis Novogrodensis, in honore habent.

Sof. 1 V 229.

Woskr. VII 151. Twersk. XV 385. Simeon. XVIII 65. Patr. X 129 s. a. 1243. Lьwowsk. XX 161 s. a. 1243. Ermol. XXIII 80 s. a. 1243.

189 *1243 Maio.*

Conradus, auxiliis Lithuanorum, Jaczwingorum aliorumque paganorum usus, cum Boleslao (Pudico) bellum gerit, sed pugna ad Suchodol commissa cladem accepit. (24 V).

Długosz II 293—294.

190 *(1243 Iunio[1]).*

Swantopolcus, Pomeraniae dux, cum Pruthenis et Sudowitis terram Colmensem populatur. Hostes usque ad paludem, quae Ren-

[1]) Iunii 15. Annal. Thorun. Script. rer. pruss. III 59.

Pskowsk. 2 V 10 s. a. 1238: Pskowiczi izbisza Litwu... oktjabrja 25.

181 *1239.*

Iaroslaus ad Smolensk contra Lithuanos (na Litwu) proficiscitur, hostem vincit, paganorum ducem capit, castro Smolensk Wsewolodum ducem praeponit.

Lawr. I 469.

Woskr. VII 144. Patr. X 115. Rohożsk. XV 29. Twersk. XV 373. Lьwowsk. XX 158. Ermol. XXIII 77.

182 *1240 (1240—1241).*

Lithuani (Litwa) terras Novogrodenses circa flumen Luga populantur.

Nowh. 1 III 53.

Nowh. 4 IV (1) 227—228. Nowh. 5 IV (2) 218. Sof. 1 V 226. Simeon. XVIII 64. Lьwowsk. XX 160. Ermol. XXIII 79. Woskr. VII 149 s. a. 1241. Patr. X 119, 125 s. a. 1241. Twersk. XV 381 s. a. 1241.

183 *1240.*

Grünhagen Regesten zur schles. Gesch. II N 1067 p. 95—96 vide s. a. 1260.

184 *Littera suspecta (Czersk) 1241 (?).*

Conradus (Masoviae), dux Lanciciae, consentientibus filiis suis Gotardo comiti, ob victoriam ab eodem de »Prutenis et Lithuanis et Iaczwyagi« reportatam (»septemque duces, qui dicuntur Jaczwyangowe, incaptivavit«), villam Sluzewo donat.

Kochanowski I N 407 p. 481—482.

185 *1241.*

...»Cunradus... exercitu... ex Masoviae et Cuyaviae militibus,... item ex auxiliariis Pruthenis et Lithuanis, quanto fortiori poterat congesto, advenit et utramque provinciam, Cracoviensem videlicet et Sandomiriensem, ...occupavit«.

Długosz II 284—285.



186 *1241.*

Wasilko terras suas ab Lithuanorum impetu (ot Litwy) custodit.

Ipat. II 792.

187 *1242.*

»Umnožiszasja jazyka Litowьskaho«. Lithuani terras (Novogrodenses) invadunt, attamen ab Alexandro duce proelio vincuntur, copiae eorum fuduntur et fugantur, multi duces interficiuntur, magnus paganorum numerus capitur.

Sof. 1 V 229.

Pskowsk. 2 V 4. Woskr. VII 151. Twersk. XV 385. Patr. X 129 s. a. 1243. Simeon. XVIII 65 s. a. 1243. Lьwowsk. XX 161 s. a. 1243. Ermol. XXIII 80 s. a. 1243.

188 *1242 (post 1242).*

Lithuani (Litwa) nomen Alexandri, ducis Novogrodensis, in honore habent.

Sof. 1 V 229.

Woskr. VII 151. Twersk. XV 385. Simeon. XVIII 65. Patr. X 129 s. a. 1243. Lьwowsk. XX 161 s. a. 1243. Ermol. XXIII 80 s. a. 1243.

189 *1243 Maio.*

Conradus, auxiliis Lithuanorum, Jaczwingorum aliorumque paganorum usus, cum Boleslao (Pudico) bellum gerit, sed pugna ad Suchodol commissa cladem accepit. (24 V).

Długosz II 293—294.

190 *(1243 Iunio[1]).*

Swantopolcus, Pomeraniae dux, cum Pruthenis et Sudowitis terram Colmensem populatur. Hostes usque ad paludem, quae Ren-

[1]) Iunii 15. Annal. Thorun. Script. rer. pruss. III 59.

sen dicitur, perveniunt. Hoc loco cum fratribus de Colmine pugnam committunt, qua christianis cladem inferunt.

Dusb. 73 — 74.

Jeroschin 383 — 385. Exordium ordinis cruciferorum MPH VI 302 — 303.

191 *Anagniae 1243 Iulii 29.*

Wilhelmus, sedis apostolicae legatus, dioeceses in Prussia limitat. Tertiam limitat »ascendendo per... Passalucense flumen, contra orientem usque ad terminos Letuinorum«. Quartam dioecesim »a meridie flumen Pregore versus orientem usque ad terminos Letuinorum«.

Philippi-Wölky I N 143 p. 108 — 109.

192 *1246 (1243 — 1244).*

»Aiszъwno Rouszъkowicz« cum Lithuanis (Litwa) loca, quae Peresopnicae circumiacent, populatur. Daniel et Wasilko ad Pinsk proficiscuntur et copias hostium profligant.

Ipat. II 797 — 798.

193 *(1243 — 1244).*

»Qui (Lithuani)... Kelciam..., episcopi oppidum, et villas plurimas eidem oppido adjacentes devastarunt«.

Kron. Boguchw. i God. Paska. MPH II 556.

Cf. Długosz II 298 s. a. 1244.

194 *1243.*

Patr. X 129, Simeon. XVIII 65, Lъwowsk. XX 161, Ermol. XXIII 80—vide s. a. 1242.



195 *1244.*

Lithuani, Prutheni et Jaczwingi, a duco Conrado contra Boleslaum Cracoviensem conducti, terras Poloniae crudeliter vastant[1]).

Długosz II 297 — 298.

196 *Genuae 1244 Iulii 15.*

Innocentius pp. IV universis Christi fidelibus »per Livoniam, Prusciam... Lettoviam et ceteras neophitorum et paganorum provincias ac insulas constitutis« legatum suum W(ilhelmum), Sabinensem episcopum, commendat.

Philippi-Wölky I N 157 p. 118—119.

197 *(1244).*

Mindowe (Myndowen) magnis cum copiis castrum Anboten in terra Curonum situm obsidet sed ibi ab equitibus ord. Liv., qui ex Goldingen subsidio veniunt, devincitur.

Aln p. 57 — 60.

198 *1247 (post 1244).*

Lithuani (Litwa) loca Mielnicae proxima populantur et cum praeda per terras ad Pinsk sitas revertuntur. Eorum dux »Lekownii«, »Lonъkohweni« haud procul a Pinsk in silva castra munivit. Michael, dux de Pinsk, Lithuanos certiores facit Danielem Wasilkonemque eos persequi. Ei nuntio Lithuani fidem haud tribuunt, ex castris procedunt. Rutheni impetu facto cladem magnam eis adferunt praedamque repetunt.

Ipat. II 798 — 799.

199 *(1244 — 1246).*

Impetus Lithuanorum (Littowen) in Curonum terram male evenit. Crebrae pugnae Lithuanorum cum fratribus ord. Liv. varia victoria saepius christianis superantibus committuntur.

Aln p. 60 — 62.

---

[1]) Rocznik Traski MPH II 838: 1244. Prutheni per frequentes insultus Lucow et Lublin et Secechow devastant. Roczn. Małop. MPH III 167 etc.

200 *Littera falsa.*
*Plociae (1244—1246) Septembris 30 — Octobris 5.*

Conradus, dux Masoviae, militi Pribislao de Rostkow, »qui... terras... ab impetu hostium, qui vocantur Iaczvingi, liberavit,... ipsos in campo circa Opidum Przasnis invasit et... multos prostravit«, oppidum Przasnysz in tenutam ad annos triginta confert.

Kochanowski I N 455 p. 546.

201 *(circa 1244 — 1247).*

Lengewin Lithuanorum dux continuo terras suorum fratrum, qui Dutze (Tusche), Milgerin, Dindecke (Gingeike) appellantur, populatione vexat. Quod Mindowe (Myndowe) Lengewino favet, illi iniuria affecti ab ord. Liv. auxilium petunt. Ibi benique recipiuntur. In pugna tres fratres Lengewinum in servitutem capiunt atque statim cum suis Ascheraden properant. Rigae hostem vinctum magistro tradunt. In vicem ab ord. Liv. tutelam suorum finium et auxilium, si aliquid periculum eis contingat, accipiunt.

Alnp. 63 — 68.

202 *(circa 1244 — 1247).*

Magister Livoniae contra Lithuanos (littowen) proficiscendi consilium capit eorumque terram crudeliter delet. Cui expeditioni Dutze (Tusche) cum fratribus interest. Dindecke (Gingeike) in Lengewini finibus pugnat. In receptu Lithuani ex improviso christianos magna strage facta adoriuntur. Ibi tum Lengewini frater diem supremum obit.

Alnp. 68 — 70.

203 *(circa 1244 — 1247).*

Servitute magistri Livoniensis liberatus Lengewin in suam terram remigrat. Postea consilium contra Wenden proficiscendi init et cum fratribus ord. Livon. pugnans victor evadit.

Alnp. 70 — 72.



204 *Lugduni 1245 Februarii 1.*

Innocentius pp. IV Swantopolcum ducem Pomeraniae monet, ne »cum Letoinis et Prutenis« fratres ord. Theut. in terra Colmensi et Prussiae partibus constitutos aggrediatur neve vexet.

Philippi - Wölky I N 160 p. 120—121.

205 *Ludguni 1245 Februarii 1.*

Innocentius pp. IV archiepiscopo Gnesnensi eiusque suffraganeis mandat, ut fratribus ord. Theut. in Prussia contra ducem Pomeraniae, qui ordinis aggrediendi causa Lithuanos (Letoinos) et Pruthenos conducit, opem ferant.

Philippi - Wölky I N 161 p. 121—122.

206 *Lugduni 1245 Februarii 1.*

Innocentius pp. IV fratres ord. Theut. in Prussia hortatur, ut paganos Pruthenos et Lithuanos (Letoinos) brachio potenti deprimant.

Philippi - Wölky I N 162 p. 122—123.

207 *Veronae 1245 Iunio.*

Fridericus II imp. tribuit magistro ord. Theut. »omnes terras, quas in partibus Curoniae, Letowiae et Semigalliae Deo faciente conquiret«...

Perlbach. Preuss. Poln. Studien I 1886. N 4 p. 109 — 111.

208 *1245.*

Lithuani (Litwa) regionem circa Torzek et Biezici sitam populantur. Quibus cum Iaroslaus, Wolodimeri filius, nequiquam praedam adimere conetur, recentes Ruthenorum exercitus hostes assequuntur et Novogrodensium militibus firmati vincunt eos ad Toropiec, praedam adimunt multosque Lithuanorum duces interficiunt. Alexander autem dux Lithuanos usque ad Zizicz sequitur cladem que gravem affert; deinde alias Lithuanorum copias, quae ei ad Uswiat oblatae sunt, fundit.

Nowh. 1 III 54.

Sof. 1 V 230. Woskr. VII 152. Patr. X 129. Twersk. XV 386. Simeon. XVIII 66. Lьwowsk. XX 161. Ermol. XXIII 80—81. Nowh. 4 IV (1) 229 s. a. 1246. Nowh. 5 IV (2) 219 s. a. 1246.

209 *1249 (1245).*

Daniel et Wasilko legatos ad Lithuanos (w Litwou) mittunt auxilium postulatum. Mindowe (ot Mindoha) eis subsidia remittit, attamen haec Ruthenorum ducibus in bellum usui non sunt.

Ipat. II 801, 805.

210 *(1245).*

(Plano Carpini apud Conradum, Masoviae ducem, commoratus Wasilkonem convenit)... »dux praedictus (Wasilko) usque in Kioviam nobiscum unum servientem transmisit. Nichilominus tamen ibamus semper sub periculo capitis propter Lithuanos, qui saepe insultum faciebant occulte quantum poterant super terram Rusciae et maxime in locis illis, per quos debebamus transire«.

D'Avezac M. Relations des Mongols ou Tartares par le frère Jean du Plan de Carpin 344.

211 *1250 (1245—1246) »Toe že zimy«.*

Conradus ad Wasilkonem mittit legatos, qui communem expeditionem in Jaczwingos (na Jatwjazě) proponant. Uterque dux contra hostem proficiscitur, sed nives eos ad reditum ab flumine Nuro (na Nourě) cogunt[1]).

Ipat. II 808.

212 *1245.*

Hust. II 341 vide s. a. 1248 — 1249.

---

[1]) Kochanowski I N 450 p. 540 — 541: 1244 Iunii — Iulii 29 — 13. Boleslaus, dux Masoviae, quibusdam Henrico, Martino et Woynoni de Raygrod, quos ad terram Masoviae suscepit, confert haereditatem Grochowalsk.



213 *Lugduni 1246 Februarii 5.*

Innocentius pp. IV magistrum ord. Theut. ecclesiam Curoniensem ab Lithuanorum (Lethowinorum) incursionibus prohibere declarat.

Bunge VI N 2729 p. 14 — 15.

214 *1246.*

...»Conradus..., congregata Lithwanorum multitudine, terram nepotis sui invasit depraedando. Cui Boleslaus in Zarzyszow occurrens, proelium invicem grande commiserunt. Sed Boleslao... fugato, Lithwani et Mazovitae Sandomiritas et Cracovitas quam plurimos occiderunt«...

Kron. Boguchw. i God. Paska MPH II 564.

Roczn. Franciszk. Krak. MPH III 49. Roczn. Traski MPH II 838: in Iarosin. Roczn. Małop. MPH III 168 — 169: in Iarzezow, in Iaroczin. Długosz II 307, 314: in Zarziszow alias Iaroschin.

215 *1246.*

»Ad... petitionem Cunradi Ducis Masoviae Lithuani terram Sandomiriensem silenti agmine ingressi, oppidum Opathow et vicinia eius praedantur«.

Długosz II 308.

216 *1246.*

Mindowe (Mindowhъ) fidem christianam »отъ Wostoka« accipit.

Hust. II 341.

217 *1246.*

Ipat. II 797 — 798 vide s. a. 1243 — 1244. Nowh. 4 IV (1) 229, Nowh. 5 IV (2) 219 — vide s. a. 1245.

218 *1247 Iunii 3.*

Lithuani (Litwa) Pscovenses »na Kudepi« fundunt fugantque.

P s k o w s k. 1 IV 180.

P s k o w s k. 2 V 10: iulja 3.

219 *1247.*

Lithuani cum Jaczwingis (so Jatwjahi) bellum gerunt. Daniel, Romani filius, Lithuanis (otъ Litwy) subsidio venit, Jaczwingos vincit stipendiumque iis imponit.

H u s t. II 341.

220 *(circa 1247).*

Lithuani et Samogiti (littowen vnde sameyten) Andream de Stirland novum magistrum metuentes arma parant.

A l n p. 75.

221 *1247.*

I p a t. II 798—799 vide s. a. 1244.

222 *1248 (?).*

»Skomondъ« (Lithuanus) in terra Pinscensi aliisque terris bellum gerit.

I p a t. II 799—800.

223 *1248 (?).*

Wasilko dux erat militiae impiger; paganos (Lithuanos) iterum atque saepius profligavit. Cum eo bellantes permulti paganorum nobilium ex. gr. »Skomondъ«, »Boroutь« et multi alii ceciderunt.

I p a t. II 799—800.

224 *1248 (?).*

Rutheni saepenumero Lithuanos vicerunt.

I p a t. II 800.



225 *1248 »Toe że zimy«.*

Pugna cum Lithuanis commissa (ot... Litwy) Michaelis dux, Iaroslai filius, occidit.

L a w r. I 471, 523.

W o s k r. VII 159. P a t r. X 137. R o h o ż s k. XV 31. T w e r s k. XV 400. A w r. XVI 52. S i m e o n. XVIII 69. E r m o l. XXIII 83.

T w e r s k. XV 395, L ь w o w s k. XX 162, Nowh. 4 IV (1) 230 s. a. 1249, Nowh. 5 IV (2) 220 s. a. 1249. Awr. XVI 52 s. a. 1249—na Porotwě.

226 *1248 »Toe że zimy«.*

Dux de Suzdal Lithuanos (Litwu) ad Zubcow proelio vincit.

L a w r. I 472.

W o s k r. VII 159. P a t r. X 137. R o h o ż s k. XV 31. T w e r s k. XV 395. S i m e o n. XVIII 69. L ь w o w s k. XX 162 — 163. E r m o l. XXIII 83. N o w h. 4 IV (1) 230 s. a. 1249. N o w h. 5 IV (2) 220 s. a. 1249. A w r. XVI 52 s. a. 1249.

227 *1251 (1248—1249).*

Daniel et Wasilko cum Semovito Masoviensi exercituque Boleslai ducis adversus Jaczwingos (na Jatwezě) proficiscuntur. Copiis suis in Drohiczin coniunctis viam ingressi magnas paludes transeunt et ad fines Jaczwingorum perveniunt. Periculo imminente Jaczwingis »Zlinьci« auxilio veniunt. Cum Nebjast (Nebjasta) ad Danielem pacis petendae causa missus re infecta redisset, Jaczwingi acriter cum christianis in acie dimicant. Poloni cum Ruthenis in intimas Jaczwingorum terras penetrant usque ad flumen »Lъkъ« hostes persecuti. Cum Jaczwingi a Pruthenis et Barthensibus adiuventur, tamen christianorum duces magna cum praeda usque ad Visnam victores perveniunt et Narew transgrediuntur.

Ipat. II 810—813.

H u s t. II 341 s. a. 1245.

228 *1252 (1248—1249).*

Mindowe (Mindohъ) fratris sui filios Tewtiwilum et Ediwidum (Tewtewila i Ediwida) ex patrimonio eorum expellit et ad bellum

eos una cum Wikinto (so Wykontomъ) contra Smolensk mittit. Quas terras uterque capiat, has se ei daturum promittit. Mindowe minas veriti perfugiunt Tewtiwil et Ediwid ad Danielem Wasilkonemque.

Ipat. II 815.

229 *1248.*

Ipat. II 799 vide s. a. 1234.

230 *Lugduni 1249 Aprilis 11.*

Innocentius pp. IV episcopis regionum septentrionalium mandat, ut, si ab archiepiscopo Livoniae et Prussiae requisiti sint, Henrico ex ordine Praedicatorum, quem ipse episcopum terrae »Iatwesonie« creaverit, munus consecrationis impendant.

Theiner I N 98 p. 47.

231 *1252 (1249).*

Daniel ad Polonorum duces legatos mittit, qui eos ad bellum adversus Lithuanos adhortentur. Poloni auxilium pollicentur, sed promissa non solvunt.

Ipat. II 815.

232 *1252 (1249).*

Wikint hortatu Danielis et Wasilkonis Jaczwingos (contra Mindowe) socios acquirit, item Samogitiae (Zemoti) dimidium et Theutonicos, qui Rigae sunt.

Ipat. II 815—816.

233 *1252 (1249—1250).*

Ruthenorum in Nowogrodek expeditio: Daniel iter in Zdzitow facit, Wasilko in Wolkowysk, Danielis filius autem in Slonim. Multa castra Rutheni capiunt.

Ipat. II 816.

234 *1249.*

Ipat. II 801, 805 vide s. a. 1245. Nowh. 4 IV (1) 230, Nowh. 5 IV (2) 220, Awr. XVI 52 — vide s. a. 1248.



235 *1252 (1250).*

Tewtiwil a Daniele adiutus proficiscitur cum exercitu adversus Mindowe (Mindoho), ut bellum una cum ordine Livon. gerat. Multis proeliis commissis magna praeda capta Tewtiwil cum exercitu Rigam proficiscitur ibique sacris christianis initiatur.

Ipat. II 816.

236 *(1250).*

Andreas de Stirland magister Livon. terra Nalsen pervastata penitus in Lithuaniam (Littowen) introit et usque ad Mindowe castrum penetrat. Tota terra atrociter diripitur.

Alnp. 75—77.

237 *(1250).*

Andreas de Stirland magister expeditionem contra Samogitiam (Sameiten) parat pugnamque secundam facit.

Alnp. 77—78.

238 *1252 (1250).*

Mindowe (Mindoho) certior factus Rigenses Tewtiwilum (Tewtiwila) adiuvare ad Andream, Livoniae magistrum, legatos cum muneribus mittit, qui benevolentiam Andreae colligant. Andreas postulat, ut Mindowe legatos ad papam mittat et baptizetur.

Ipat. II 816—817.

239 *(1250).*

Magister Livoniae cum fratribus ad Mindowe solemniter invitatus et magnifice salutatus venit. Mindowe se ad baptismum accipiendum paratum esse declarat et se quasdam terras ordini Theut. donaturum pollicetur.

Alnp. 80—81.

Długosz II 332 — 333 s. a. 1252: »Mendog Lithuaniae Dux consilio Fratrum ord. Crucifer. Domus Teut. inductus et qui praefatis Fratribus... aliquot terras Lithuanicas donatione perpetua inscripserat...«

240 *(1250 — 1251).*

Parnus ducis Mindowe (Myndowen) legatus cum nuntiis magistri Livoniae Romam proficiscitur. Papa legationem benigne recipit coronamque Mindowe accepturum pollicetur.

Alnp. 81 — 82.

Ipat. II 817 s. a. 1252. Roczn. Krasińskich MPH III 132 s. a. 1252. Długosz II 332 — 333 s. a. 1252.

241 *(1250 — 1251).*

Mindowe rex eiusque uxor Marta baptisantur.

Alnp. 82.

Herm. de Wartberge 38. Bunge II N 687 p. 140—141, N 703 p. 172. Ipat. II 817 s. a. 1252. Roczn. Krasińskich MPH III 132 s. a. 1252. Długosz II 332 — 333 s. a. 1252.

242 *1252 (post 1250 — 1251).*

Mindowe, quamquam ad fidem christianam conversus est, deos paganorum (Nъnaděewi i Teljaweli i Diwerikъzou zaejaczemou bohu i Měiděinou) colere pergit.

Ipat. II 817.

243 *1250.*

Ipat. II 808 vide s. a. 1245—1246. Herm. de Wartberge 38 vide s. a. 1252 — 1253. Hust. II 341 — 342 vide s. a. 1254 — 1255.

244 *1252 (1251).*

Tewtiwil (Tewtewilъ)Riga in Samogitiam (wo Żemoitъ) ad Wikintum (ko Wykyntowi) properat. Cum auxiliis, quae antea a Daniele accepit, et cum Jaczwingis (Jatwjazě) et Samogitis contra Mindowe (na Midohwa) proficiscitur.

Ipat. II 817.



245 *1252 (1251).*

Mindowe (Mindъwhъ), cum ei Tewtiwil (Tewtewilъ) immineret, castris, quibus nomen Worutae est (imenemъ Worouta), se continet et uxoris fratrem (szourina), qui Jaczwingos (Jatwjazě) et Ruthenos fundat fugetque, mittit. Postero die fratres ord. Livon. veniunt. Rutheni et Jaczwingi multis proeliis equestribus contra Teut. factis Samogitiam revertuntur.

Ipat. II 818.

246 *1252 (1251).*

Magnis copiis coactis proficiscitur Mindowe (Mindowhъ) adversus Wikinti (Wykintowъ) castra »Twiremetъ«. Tewtiwil (Tewtewilъ) cum Ruthenis, quos Daniel ei misit, atque cum Samogitis castris progreditur. Fit pugna atrox; occidit »Wisimotъ«; quidam »Polowczinъ« Mindowe tragula adversum femur icit. Mindowe patriam suam revertitur.

Ipat. II 818.

247 *Venetiae 1223 (1251 Maii 5?).*

Wilhelmus de Urenbach, magister generalis, Curoniae divisionem, inter ordinem ac Curoniensis ecclesiae episcopum factam, confirmat simulque bellorum contra Lithuanos (Lethwinorum) communiter gestorum admonet.

Bunge I N 224 p. 283—284.

248 *Mediolani 1251 Julii 15.*

Innocentius pp. IV episcopo Culmensi mandat, ut decimam ecclesiasticam in regno Lithuaniae (Lithovie), ad fidem christianam a Mindowe converso, moderate exigendam curet.

Woelky Urkundenbuch des Bistums Culm I N 26 p. 13.

249 *Mediolani 1251 Julii 17.*

Innocentius pp. IV regem Lithuaniae (Luthawie) sub protectionem regnumque eius in ius et proprietatem beati Petri suscipit.

Ptaśnik Mon. Vat. III N 67 p. 36 — 37.

250 *Mediolani 1251 Julii 17.*

Innocentius pp. IV episcopo Culmensi mandat, ut Mindowe (Mindowin), Lithuaniae (Litthowie) regi, diadematis regalis honorem conferat.

Woelky Urkundenbuch des Bistums Culm I N 27 p. 14—15.

251 *Mediolani 1251 Julii 17.*

Innocentius pp. IV episcopum Culmensem curare, ut ecclesia cathedralis in Lithuania (Lithowie) a Mindowe rege erigatur eique episcopus praeficiatur, iubet.

Woelky Urkundenbuch des Bistums Culm I N 28 p. 15.

252 *Mediolani 1251 Julii 17.*

Innocentius pp. IV Osiliensi et Curoniensi episcopis cavere praecipit, ne Lithuaniae (Luthawiae) regnum, quod in ius et proprietatem s. Petri acceptum sit, iniuriis afficiatur.

Bunge I N 225 p. 284—285.

253 *Mediolani 1251 Julii 26.*

Innocentius pp. IV Rigensi, Tharbatensi et Osiliensi episcopis Mindowe, regem Lithuaniae (Luthowie), adiuvare praecipit, ne eius regnum, quod nuper baptizatum sit, iniuriis afficiatur.

Theiner I N 106 p. 50—51.

254 *1253 (1251).*

Tewtiwil »Rewbou« ad Danielem mittit, qui hunc ad expeditionem in Nowogrodek impellat.

Ipat. II 818.

255 *1253 (1251—1252) hieme.*

Daniel cum magno exercitu adversus Lithuaniam (Litwa) proficiscitur. In itinere principes de Pinsk, ut bellum una gerant, cogit. Lithuani stationes ad lacum Ziat (na ozerě Zьjatě) ponunt. Rutheni trans paludes usque ad flumen Szczaram (do rěky Szczarьě) iter faciunt. Omnibus locis Nowogrodek circumiacentibus vastatis, patriam revertuntur. Magnae nives Jaczwingos impediunt, quominus Danieli auxilio veniant.

Ipat. II 818—819.



256 *(1251—1263).*

Mindowe (Mindaw) Romam profectus ad fidem christianam conversus est; cum tamen in terram suam rediisset, a Lithuanis interfectus est.

Bunge II Reg. N 714 p. 16.

257 *1251.*

Ipat. II 810—813 vide s. a. 1248—1249.

258 *1253 (1252).*

Daniel Wasilkonis fratris sui et Romani filii ductu exercitum (adversus Lithuanos) mittit. Grodno (Horodenъ) capto duces via, quae in Bielsk[1]) fert, revertuntur.

Ipat. II 819.

259 *1253 (1252).*

Daniel copias suas mittit, quae castra (Lithuanorum) capiant. Rutheni terra hostis vastata revertuntur.

Ipat. II 819.

260 *1253 (1252).*

Mindowe (Mindoh) filium contra Ruthenos mittit; qui loca Turisk circumiacentia vastat.

Ipat. II 819.

---

[1]) Bielsk — cf. Ipat. II 925, 928, 931, 932.

261 *1253 (1252).*

Mindowe (Mindowhъ) ad Danielem nuntios mittit, qui ei persuadeant, ut pacem faciat et liberos amborum matrimonio coniungat.

Ipat. II 819—820.

262 *1253 (1252).*

Mindowe (Mindowhъ) Jaczwingos (Jatwjazъ) et Samogitos (Żemoitъ) acquirit. Tewtiwil (Tewtilъ) fuga salutem petit et ad Danielem venit.

Ipat. II 820.

263 *1255 (1252?).*

Daniel expeditionem contra Lithuaniam in Nowogrodek (na Litwou na Nowъhorodokъ) suscipit.

Ipat. II 828—829.

264 *(1252—1253).*

Eberhardus magister in Samogitiam (Sameiten) proficiscitur[1]).

Alnp. 83.

265 *(1252—1253).*

Mindowe rex eiusque uxor Marta coronantur. Mindowe terras Andreae magistro largitur.

Alnp. 82.

Roczn. Krasińskich MPH III 132 s. a. 1252. Długosz II 333 s. a. 1252: »Papa Innocentius fratrem Heydenricum quondam provincialem Poloniae et officialem Armacanum, tunc vero episcopum Culmensem, mittit in Lithuaniam. Qui veniens cum aliis episcopis de Riga Mendogonem in Regem consecraverat. Hust. II

---

1) Philippi-Wölky I N 275 p. 207: Assisii 1253 Augusti 23. Innocentius pp. IV affirmat per flumen Memelam, situm inter Livoniam et Prussiam, arma, vestes, salem ac multa vitae necessaria »paganis illarum partium« navigio allata esse. Ann. Rig. Höhlbaum Beiträge 50—51: »1252 constructum est castrum in Memela«. Dusb. 214. Alnp. 84. Bunge I NN 236, 237, 241 etc.



342: Mindowe coronatur »na krolewstwo Litowskoe wъ Nowohrodku«. Herm. de Wartberge II 38 s. a. 1250. Długosz II 350 s. a. 1255.

266 *1252.*

Ipat. II 816 vide s. a. 1236; 815 s. a. 1248—1249; 815, 815—816 s. a. 1249; 816 s. a. 1249—1250; 816, 816—817 s. a. 1250; 817 s. a. 1250—1251; 817: post 1250—1251; 818 s. a. 1251. Roczn. Krasińskich MPH III 132 vide s. a. 1250—1251. Długosz II 332—333 vide s. a. 1250 et 1250—1251.

267 *Assisii 1253 Maii 19.*

Innocentius pp. IV Lanciciae et Cuiaviae ducem adhortatur, ut paganorum ad fidem conversorum terras, »terre, que Polexia vulgariter appellatur«, in suam protectionem ac dominium recipere conetur. In e. m. duci Cracoviae.

Philippi-Wölky I N 267 p. 203.

268 *Assisii 1253 Maii 19.*

Innocentius pp. IV abbati de Mezano, sedis apostolicae legato, mandat, ut ducum Lanciciae[1]) et Cracoviae consensu terram paganorum »que Galens dicitur« vicinis dioecesibus annecti curet.

Philippi-Wölky N 268 p. 203—204.

269 *Assisii 1253 Iunii 24.*

Innocentius pp. IV archiepiscopo in Livonia negotium dat, ut votis regis Lithuaniae (Lethoviae) satisfaciens, in eius regno virum idoneum episcopum creare possit.

Bunge VI N 2733 p. 22—23.

270 *Littera supecta*
*»in Lettowia in curia (regis)« 1253 »mense Julio«.*

Mindowe, rex Lithuaniae (Lettowie), ordini Theut. in Livonia assignat »Rasseyene medietatem, Lukowe medietatem, Betegalle medie-

---

1) Cf. Ulanowski Dokumenty kujawskie i mazowieckie N 11 p. 157.

tatem, Eregalle medietatem, Deynowe medietatem, Kulene totum, Karsowe totum, Crase totum, Nederowe totum, Weyze totum, aliud Weyse totum, Wange totum.«

Seraphim N 39 p. 33—35.

Cf. Ibid s. a. 1257.

271 *1253 Augusti 21 (ante Aug. 21).*

Rex Lithuaniae (Lethovie) de novo ad cultum fidei christianae conversus se aliquot episcopatus in suo regno conditurum esse declarat atque papam per litteras precibus obsecrat, ut in honorem eum frater Christianus de domo Theut. in Livonia adducatur.

Philippi-Wölky I N 273 p. 206.

272 *Assisii 1253 Augusti 21.*

Innocentius pp. IV archiepiscopo in Livonia negotium dat, ut episcopum Lithuaniae (Lethovie) ad voluntatem regis huius territorii consecret et sibi iuramentum in litterarum forma mittat.

Philippi-Wölky I N 273 p. 206.

273 *Assisii 1253 Augusti 21.*

Ordo Theut. in Livonia ad papam detulit regem Lithuaniae (Lettowiae) sibi donavisse »Wangen et Carsouwe terras ac medietatem locorum, quae Dainowe et Rassione vulgariter appellantur, nec non quaedam alia loca et bona«. Innocentius pp. IV ea munera confirmat.

Philippi-Wölky I N 274 p. 206.

274 *1253.*

Lithuani (Litwa) terras Novogrodensium populantur. Wasil dux cum exercitu Novogrodensi Lithuanos ad Toropiec proelio vincit.

Nowh. 1 III 55.

Nowh. 4 IV (1) 230. Nowh. 5 IV (2) 220. Sof. 1 V 239. Patr. X 139. Twersk. XV 398: woewasza Litwa Szolonu, wolostь Nowhorodskuju. Awr. XVI 53.



275 *1254 (1253).*

Tewtiwil et Ediwid expeditioni Ruthenorum in Silesiam intersunt.

Ipat. II 822.

276 *1253.*

...»frater Vitus de ordine Predicatorum fuit primus episcopus ordinatus in Lithoviam et ibidem in Coslow una cum Petro est consecratus«.

Rocznik Wielkopolski MPH III 22.

Kron. Boguchw. i God. Paska MPH II 572. Długosz II 343.

277 *(1253).*

Andreas de Stirland dignitatem magistri ord. Livon. abdicat et ante suum in Germaniam reditum Mindowė regem visitat.

Alnp. 83.

278 *1255 (1253).*

Daniel iter adversus Jaczwingos (na zemlju Jatwjazьskouju) faciens diadema sibi in Drohiczin imponit.

Ipat. II 827.

279 *1255 (1253).*

Daniel Jaczwingorum terras (zemlju Jatwjazьskouju) vastat. Eius filius Leo ex Jaczwingis victoriam fert, horum ducem »Stekyitja« atque eius fratrem interficit. Jaczwingorum legatus Komat (Komatowi) ad Danielem venit, sed patriam suam servare iam non potest, quia Rutheni uno rerum tenore Jaczwingorum agros vastant, »Stėkintowъ« domum diruunt, usque ad castrum »Rai«[1]) perveniunt et tum demum patriam revertuntur.

Ipat. II 827—828.

[1]) »Danilou że korolewi idouszczou emou po ezerou i widė pri berezė horo krasnou i hradъ bywszi na nei, prezė imenemь Rai...« Rajgrod, Kamieniec—cf. Ipat. II 899, 901, 905, 925, 927, 928, 931, 932. Wolodimirus dux, cum castra locis desertis aedificare vellet »kde za Berestьemь,... sroubi... horodъ i nareze imja emou Kamenėcь. Ipat. II 875 — 876, 925.

280 *Littera suspecta 1253.*

Mindowe, rex Lithuaniae (Letthowie), civibus Rigensibus et omnibus mercatoribus Theutonicis »plenam et perpetuam... libertatem et pacem per universas partes regni... (sui) tam in terris quam in aquis veniendi...« largitur.

Woelky Urkundenbuch des Bistums Culm I N 31 p. 20.

281 *(1253—1254).*

»De christianorum in Lithonia conditione deplorabili, ad sanctissimum et beatissimum patrem dominum Innocentium papam quartum, fr. Viti de Ordine Praedicatorum episcopi Litonien. epistola«.

Wiszniewski M. Historya literatury polskiej T. II 158—159.

282 *(1253—1254).*

Rex Lithuaniae (Lethoviae) precibus papam obsecrat, ut episcopum Christianum iure iurando archiepiscopo Rigensi dato liberet.

Bunge I N 272 p. 354.

283 *1253.*

Ipat. II 818 vide s. a. 1251; 818—819 s. a. 1251—1252; 819, 819—820, 820 s. a. 1252.

284 *in Memelburg 1254 Februarii 8.*

Henricus, episcopus Curoniensis, et fratres ord. Theut. terminos castri inter Memelam et Dangam siti constituunt: »Item civitatem duximus limitandam... ab extremo fossato castri primitus edificati secus Mimelam et Dangam usque ad finem castrorum exercitus Lettowiorum et Sambitarum...«[1]).

Philippi-Wölky I N 279 p. 209—212.

[1]) Cf. Ibid N 280 p. 212.



285 *1254 Martii 12.*

Mindowe, rex Lithuaniae (Lettowiae), episcopum Christianum consensu filiorum Replen et Gerstuchen atque praesente fideli Parbsen medietate Rassegene, medietate Betegallen, medietate Lokowe munerat.

Bunge I N 263 p. 345.

286 *Rigae 1254 Aprilis 6.*

Christianus, Lithuaniae (Lettowiae) episcopus, ordini Theut. in Livonia decimam terrarum, quibus Mindowe ordinem donavit, concedit.

Bunge I N 266 p. 348—349.

287 *1254 Maii 8.*

...»episcopus... Stanislaus... fuit honorifice canonisatus. Cui canonisacioni interfuerunt... Fulco archiepiscopus Gneznensis..., Vitus primus episcopus Littoviensis, de ordine Predicatorum...«.

Rocznik Wielkopolski MPH III 22—23.

Kron. God. Paska MPH II 572—573.

288 *Assisii 1254 Maii 10.*

Innocentius pp. IV episcopo Culmensi, Pomesaniensi, Warmiensi mandat, ut fratres ord. Theut. in conservandis terris denuo receptis, quarum una maior Bartha, altera »Galanda« dicitur, adiuvent.

Philippi-Wölky I N 288 p. 216.

289 *Anagniae 1254 Septembris 3.*

Innocentius pp. IV regem Lithuaniae (Lethoviae) certiorem facit se Christianum, episcopum Lithuaniae, iuramento Rigensi archiepiscopo dato liberavisse atque neuburgensi episcopo iuris iurandi accipiendi negotium dedisse.

Bunge I N 272 p. 354—355.

290 *Anagniae 1254 Septembris 3.*

Innocentius pp. IV episcopo Neuenburgensi mandat, ut iuramentum fidelitatis solitae pro ecclesia et pontifice ab episcopo Lithuaniae recipiat.

Bunge I N 273 p. 355.

291 *Anagniae 1254 Septembris 3.*

Innocentius pp. IV — Christiano, episcopo Lithuaniae, de eadem re (Vide: Bunge I N 272 p. 354 — 355).

Bunge I Reg. N 308 p. 77.

292 *Anagniae 1254 Septembris 20.*

Innocentius pp. IV episcopo Tarbatensi denuntiat iuramentum Christiani, episcopi Lithuaniae (Lethoviae), datum archiepiscopo Rigensi nullatenus extitisse, tantummodo ei imperat, ut Christianum ab omni iniuria tueatur.

Bunge I N 275 p. 356 — 357.

293 *Anagniae 1254 Septembris 20.*

Innocentius pp. IV Christianum, episcopum Lithuaniae (Lethovie), a iurisdictione archiepiscopi Livoniae eximit et sanctae sedi immediate subicit.

Theiner I N 121 p. 59.

294 *Raciąż 1254 (Novembris 24 ?).*

Frater Burchardus de Hornhausen, praeceptoris fratrum domus Theut. in Prussia vices gerens, Danieli, Ruthenorum regi, et Semovito, duci Masoviae, tertiam partem (Jatwezenorum) terrae possidendam concedit ea conditione, ut fratribus contra »gentem barbaram« auxilium ferant.

Philippi-Wölky I N 298 p. 221 — 222.



295 *1260 (1254).*

Frater Burchardus, vicemagister ord. Theut., Semovito, duci Masoviae, sextam partem »terre Getuinzitarum« concedit.

Seraphim N 104 p. 90.

Cf. Philippi-Wölky I N 298 p. 221 — 222.

296 *Junivladislaviae 1255 (1254 Decembris 25-31).*

Poppo, magister ord. Theut., Casimiro Cuiaviae duci se dimidiam terrae Lubaviae partem concessurum promittit; Casimirus autem pollicetur se omnia, quae fratribus promiserit, servaturum neque terras »Polexia(m) et Golenz« sibi vindicaturum esse.

Woelky Urkundenbuch des Bistums Culm I N 36 p. 22-23.

297 *1255 (1254).*

Woiselk (Woiszelkь) pacem cum Daniele stipulatur, sororem suam Swarno nuptum dat et in Chelm venit. Woiselk regione sua demigrat et vestes religiosas sumit, quia in Sacrum Montem ire in animo habet. Filio Danielis Romano »ot Mindoha« et suo nomine tradit Woiselk Nowogrodek, Slonim et Wolkowysk »i wsě horody«.

Ipat. II 830 — 831.

Ipat. II 858 s. a. 1262: Mindowe (Minьdowhъ) Swarno Chelmensi, Danielis filio, filiam suam nuptum dedit. Cf. Ipat II 859, Nowh. 1 III 58 etc.

298 *1262 (circa 1254).*

Woiselk (Woiszelkъ) baptizatus in Galiciam profectus est, ut religiosae vitae cultor fieret. Tum Georgium, Leonis filium, baptisavit.

Ipat. II 859.

Cf. Ipat. II 830 — 831, Nowh. 1 III 58 etc.

299 *1256 (1254 — 1255) »bě bo ledz polzokz « (hieme).*

Daniel a multis Ruthenorum et Polonorum principibus adiutus contra Jaczwingos (na Jatwjazě) proficiscitur. Qui expeditionis duci

Ankado (Ankadъ) promittunt vicum eius se combusturos non esse. Vicos Jaczwingorum »Boldikiszcza«, »Priwiszcza«, Taisewicze«, »Bourjalja«, »Raimocze«, »Komata«, »Dora«, »domъ Stekintowъ«, Korkowicze (na selě Korkowiczichъ) et multos alios crudeliter incendunt et vastant. Daniel et filius eius Leo praeter omnes in proeliis excellunt. »Jatwjazě i Zlinьci i Krismencě i Pokěncě« devicti sunt. Venit a victis missus legatus nomine »Jundilъ« et Danieli dicit Jaczwingos Danielem obsecrare, ne captivos interficere iubeat. Jaczwingi stipendium Danieli pendunt, quo accepto Rutheni triumphantes in patriam revertuntur.

Ipat. II 831—835.

Hust. II 341—342 s. a. 1250.

300 *1262 (1254/55—1256/57).*

Woiselk (Woszelkъ) ad caenobium Gregorii in Polonin devertitur ibique ut caenobita tres annos moratus est.

Ipat. II 859.

Cf. Nowh. 1 III 58.

301 *1263 (1254—circa 1260).*

Woiselk (Mindowha... synъ... Woiszelhъ) baptizatur, in Montem Sacrum proficiscitur monachusque fit. Triennio post ad patrem redit; nihilo tamen minus in monasterio mansurus est.

Nowh. 1 III 58.

Sof. 1 V 192. Woskr. VII 165. Lьwowsk. XX 165. Ermol. XXIII 86. Tipohr. XXIV 99. Patr. X 144 s. a. 1264. Cf. Ipat. II 830—831, 859 etc.

302 *1254.*

Ipat. II 822 vide s. a. 1253.

303 *1256 (1255).*

Cum Jaczwingi (Jatwjazi) comperissent Danielem victorem iterum parare expeditionem in eos, liberos suos ei mittunt et una stipendium novum atque obstringunt se Danieli in terra sua castra aedificaturos esse.

Ipat. II 835.



304 *1257 (1255).*

Konstantin iussu Danielis patris sui stipendium ab Jaczwingis (dani Jatwjażьskoi) colligit.

Ipat. II 835.

305 *Neapoli 1255 Martii 1.*

Alexander pp. IV Vito, episcopo Lithuaniae (Litovie), supplicante, resignationem ipsius de episcopatu recipit, honorem pontificalem ei relinquendo.

Ptaśnik Mon. Vat. III N 73 p. 39.

306 *Neapoli 1255 Martii 6.*

Alexander pp. IV regi Lithuaniae (Lectovie) de sua fidei professione gratulatur et terras Russiae iam conquisitas et suo dominio subiectas confirmat conceditque, ut per episcopum quendam Latinum filium suum in regem Lithuaniae coronari faciat.

Theiner I N 123 p. 60—61.

307 *Neapoli 1255 Martii 7.*

Alexander pp. IV Lithuaniae (Lethovie) regem admonet, ut Christianum, episcopum Lithuaniae, ab incursionibus paganorum aliorumque vastatorum tueatur.

Philippi-Wölky I N 312 p. 230.

308 *Anagniae 1255 Augusti 6.*

Alexander pp. IV Bartholomaeo de Bohemia ordinis Minorum mandat, ut contra Lithuanos et Jaczwingos (Jentuesones) et alios ethnicos verbum crucis praedicet et praedicari faciat in Polonia et Bohemia et Moravia et Austria.

Philippi-Wolky I N 322 p. 235.

309 *Anagniae 1255 Augusti 7.*

Alexander pp. IV archiepiscopis et episcopis, per Poloniam, Bohemiam, Moraviam et Austriam contitutis, mandat, quatenus contra Lithuanos, Jaczwingos (Jentuesones) et alios ethnicos, Poloniam invadentes, verbum Crucis praedicent et praedicari faciant.

Ptaśnik Mon. Vat. III N 76 p. 40—41.

310 *1258 (1255).*

Daniel, antequam Zwiahel expugnet, Romani atque Lithuanorum adventum exspectat.

Ipat. II 838.

311 *1258 (1255).*

Cum Daniel, postquam Zwiahel diruit, domum reverteretur, ad oppidum hoc Romanus cum Lithuanorum (Litwě) copiis venit. Ruinas solum invenit; ea de causa maxime Lithuani indignantur et deos suos «Andaja« et »Diwiriza« invocant. Magnam partem exercitus Romanus dimittit, cum paucis patrem sequitur. Lithuani revertuntur et in itinere loca Luck circumiacentia vastant.

Ipat. II 839.

312 *1258 (1255).*

Daniel et Wasilko, cum certiores facti essent Lithuanos (Litwa) loca ad Luck sita populari, copias suas adversus vastatores mittunt. »Ljudie Mindohowi« magna clade affecti sunt. Ex ducibus Lithuanorum unus »Sirъwidъ Rjuszkowiczъ« fuga salutem petit, »woewoda Chwalъ« autem in proelio perit.

Ipat. II 840.

313 *Littera per nonnullos declarata sicut falsa. 1255 »mense Octobris«.*

Mindowe, Lithuaniae (Lettowiae) primus rex, ordini Theut. in Livonia terram, »quae Selen«[1]) dicitur videlicet Meddene, Pelone, Maleysine, Thovraxe cum suis attinentiis« assignat.

Bunge I N 286 p. 371—372.

[1]) Ibid. I N 269 p. 351: Assisii 1254 Maii 23. Innocentius pp. IV ordini Theut. in Livonia possessionem castrorum Allecten, Calve, Selen, Medene, Nitczegale confirmat.



314 *Littera per nonnullos declarata sicut falsa. 1255 »mensis Octobris«.*

Mindowe, rex Lithuaniae (Littowiae), rogat, ut quae ipse fratribus ord. in Livonia donavit, Alexander pp. confirmet.

Bunge I N 287 p. 372—373.

315 *1255.*

»Nadrowite, Scalowite et Sudowite... terram Sambie rapina et incendio transiverunt...; edificato castro... (Wilow), relictisque ibi Tirskone et filio suo Maudelo cum multis armigeris, ad propria sunt reversi.

Dusb. 92—93.

Jeroschin 419—420. Exordium ordinis cruciferorum. MPH VI 308—309.

316 *1255.*

»Mendog Dux Lithuaniae in Regem Lithuaniae... eo anno evectus, oppido Lublin tunc ligneo exusto, factisque in eius circuitu multis praedis et spoliis, plurimos captivos ducens, in Lithuaniam remeavit«.

Długosz II 350.

317 *1255.*

»Evectio... sua (Mindowe) in Lithuaniae Regem, dolo et astu Fratrum Cruciferorum ex radice avaritiae procurata, breviusculo durans tempore disperiit, postquam Magister Prussiae et Ordo terras Lithuaniae et Samagitiae ab eo sibi donatas et inscriptas dari expetebant«.

Długosz II 350.

318 *(1255).*

»Tetigerat... deus corda (Nadrowitarum)... Tirskonis capitanei... castri (Wilow) et virorum, qui cum eo fuerunt, ut relicta ydololatria, se ad Christi fidem converterent...».

Dusb. 93.

Jeroschin 420. Exordium ordinis cruciferorum. MPH VI 308—309.

319 *(1255).*

...»commendator de Kunigsbergk cum exercitu Sambitarum,... Tirskone (capitaneo Nadrowitarum) ductore, intravit terram Wohenstorph improvise et... castrum Capostete violenter expugnavit...«.

Dusb. 93.

Jeroschin 420.

320 *1257 (circa 1255).*

Mindowe (Mindowhъ) Danieli pollicetur se ei Romanum cum Novogrodensibus missurum esse, ut eum in expeditione in Zwiahel suscepta adiuvet.

Ipat. II 838.

321 *1255.*

Ipat. II 828—829 vide s. a. 1252; 827, 827/828 — s. a. 1253, 830/831 — s. a. 1254, 831 — s. a. 1256/1258. Woelky Urkundenbuch d. Bistums Culm. I N 36 p. 22—23 vide s.a. 1254. Długosz II 350 vide s. a. 1252—1253.

322 *Anagniae 1256 Julii 15.*

Alexander pp. IV episcopo Wratislaviensi, priori Praedicatorum Colmensi et Bartholomaeo ordinis fratrum Minorum mandat, ut Jaczwingos (Jentuosi), qui sponte ad fidem christianam redire cupiunt, curent atque adiuvent.

Philippi - Wölky I N 329 p. 239.

323 *(1256).*

Samogiti (Sameiten) Alemano auctore crudeliter Curonum fines adgrediuntur.

Alnp. 94—95.



324 *(1256—1257).*

Anne, Livoniae magister, crudeliter Samogitiam (Sameiten) vastat. Tusche, Milgerin et Gingeike Lithuani (Lettowen) auxilio ei veniunt.

Alnp. 96—99.

325 *1262 (circa 1256 — 1258).*

Woiselk (Woiszelkъ) in Montem Sacrum profectus est; quod tamen iter non conficit et Nowogrodek revertitur.

Ipat. II 831, 859.

Cf. Nowh. 1 III 58, Ipat. II 830—831 etc.

326 *1256.*

Ipat. II 831—835 vide s. a. 1254—1255; 835 — s. a. 1255.

327 *Laterani 1257 Ianuarii 5.*

Alexander pp. IV de littera Innocentii pp. IV ad paganos terrarum »Golens et Polexia« adtinente priores ord. Praedicatorum et guardianos Fratrum Minorum in Polonia admonet atque mandat, ut excommunicationis sententiam in fratres ord. Theut. latam servandam curent.

Philippi - Wölky I N 331 p. 240.

328 *Laterani 1257 Ianuarii 5.*

Alexander pp. IV in sedis apostolicae fidem Casimirum, Cuiaviae ducem, et alios duces et barones Poloniae recipit atque promittit se eis »contra Licwan[enses], Jacintiones et alios paganos et scismaticos, qui terris christianorum confines existunt« opem laturum.

Seraphim N 1 p. 1.

329 *Laterani 1257 Ianuarii 5.*

Alexander pp. IV Cracoviensem et Wratislaviensem episcopos necnon abbatem de Suleiow certiores facit se Casimiro, Cuiaviae duci, ac aliis ducibus Poloniae (»contra Litwanos, Iacintiones et

alios paganos et scismaticos, qui terris christianorum confines existunt«) opem laturum.

Ptaśnik Mon. Vat. III N 84 p. 44.

330 *Laterani 1257 Ianuarii 29.*

Alexander pp. IV episcopis, abbatibus etc. in Bohemia, Polonia, Moravia, Austria constitutis imperat, ut Bartholomaeum de Bohemia ordinis Fratrum Minorum, qui verbum crucis »contra Litwanos et alios infideles« in his terris praedicaturus est, benigne accipiant.

Seraphim N 3 p. 2—3.

331 *(ante 1257 Februarii 1 ?).*

Alexander pp. IV archiepiscopo Gnesnensi mandat, ut aliquam personam idoneam in episcopum Jaczwingorum (paganos Jataerzones) deputet.

Ptaśnik Mon. Vat. III N 512 p. 464.

Cf. Długosz II 390 s. a. 1264.

332 *Laterani 1257 Februarii 1.*

Alexander pp. IV archiepiscopo Gnesnensi et episcopo Cracoviensi mandat, ut in castro »Lucov Cracoviensis diocesis..., quod est in confinio Letwanorum et aliorum infidelium« ecclesiam cathedralem erigant eique Bartholomaeum de Bohemia praeficiant[1]).

Seraphim N 4 p. 3—4.

333 *Laterani 1257 Aprilis 5.*

Alexander pp. IV Bartholomaeo de Bohemia ordinis Fratrum Minorum potestatem liberandi poena ecclesiastica eos, qui »contra Litwanos, Jatuenzones et Ruthenos ac alios paganos et schismaticos illarum partium« crucem capiunt, dat.

Seraphim N 7 p. 5.

---

[1]) Theiner I N 119 p. 57—58: 1254 Iulii 13. Innocentius pp. IV abbato de Mezano, legato in Polonia, mandat, ut episcopum Cracoviensem de munere suo moneat, quod si neglexerit, ille sedem episcopalem in provincia Lucow erigat et de pastore idoneo provideat.



334 *1257 Maii 16.*

Frater Gerhardus, magistri domus Theut. in Prussia vices gerens, de controversiis inter ordinem Theut. et Casimirum, Lancitiae et Cuiaviae ducem, de »Polexia et Galandia« ortas nuntiat.

Seraphim N 10 p. 6.

335 *(1257).*

Mindowe atque Burchardus ord. Livon. magister in vicem sibi munera mittunt.

Alnp. 102—103.

336 *(1257).*

Burchardus Livoniae magister cum Samogitis (Sameiten) apud Mimele pugnans cladem accipit.

Alnp. 103—104.

337 *Viterbii 1257 Iunii 16.*

Alexander pp. IV fratres ord. minorum in Polonia aliisque terris, quos verbum crucis »contra Litwanos, Jatuerzanos et alios paganos« praedicare iussit, crucesignatos absque speciali sedis apostolicae mandato a voto crucis absolvere vetat.

Seraphim N 12 p. 7—8.

338 *Viterbii 1257 Iulii 13.*

Alexander pp. IV donationem terrae »Selen, videlicet Medone, Pelone, Malesine et Theuraxe« a M(indowe), rege Lithuaniae (Lettowiae), factam ordini Theut. in Livonia confirmat.

Bunge I N 308 p. 394—395.

339 *Viterbii 1257 Augusti 6.*

Alexander pp. IV ordini Theutonico concedit, ne quemquam »crucem contra paganos seu quoscumque alios infideles Lectovie aut Gzetvesie« praedicaturum aliqua re adiuvare vel subsidio providere obligentur.

Seraphim N 21 p. 15—16.

340 *Viterbii 1257 Augusti 7.*

Alexander pp. IV prioribus ac fratribus ordinis Praedicatorum, praedicantibus verbum crucis »contra paganos aut aliquos alios infideles in Lectovia et Gzestvesia« pro Livonia et Prussia mandat, ut quam efficacissime militiam Christi exequi studeant.

S e r a p h i m N 23 p. 17—18.

341 *Viterbii 1257 Augusti 8.*

Alexander pp. IV Fratribus Minoribus, qui »contra paganos seu quoslibet alios infideles in Lectowia et Gzetvesia vel quibuscumque aliis partibus constitutos« crucem praedicant, praecipit, ne auxilium ab ord. Theut. umquam poscant neve sine ord. voluntate ac permissione praedicare audeant.

S e r a p h i m N 28 p. 21—22.

342 *Viterbii 1257 Augusti 8.*

Alexander pp. IV episcopo Olomucensi certa mandata ad verbum crucis »contra paganos et quoslibet alios infideles in Lectovia et Gzetvesia seu quibuscumque aliis partibus constitutos« praedicandum attinentia dat.

S e r a p h i m N 29 p. 23—24.

343 *1257 Septembris 29.*

Vitus, episcopus quondam Lithuaniae (litoviensis) capellae Fratrum Minorum in Glac indulgentiam 40 dierum concedit.

A. M o s b a c h. W i a d o m o ś c i d o d z i e-
j ó w p o l s k i c h z a r c h. p r o w. ś l ą s k i e j
1860 p. 22.

344 *(1257).*

Burchardus, Livoniae magister, expeditionem contra Samogitos (sameiten) parat, ut cladem suam ulciscatur.

A l n p. 104.



345 *(1257).*

Samogiti (Sameiten) cum Livoniae magistro in duos annos pacem iungunt.

A l n p. 105—106.

346 *Littera suspecta.*
*1257.*

Mindowe (Myndowe), rex Lithuaniae (Lettowie), ordini Theut. in Livonia assignat »Rasseyene medietatem, Loukovwe medietatem, Betegalle medietatem, Ergalle medietatem, Deynowe medietatem, Pamemene medietatem, Kulene totum, Carsowe totum, Crase totum, Niderowe totum, Weyzze totum, aliud Weyzze totum, Wanghe totum«.

S e r a p h i m N 39 p. 33—35.

Cf. ibid. s. a. 1253.

347 *Littera per nonnullos declarata sicut falsa.*
*1257.*

Mindowe, Lithuaniae (Littowie) rex, »totam terram Semeyten« fratribus ord. Theut. »cum omni iure possidendo« assignat, exceptis terris, quas episcopo Lithuaniae contulit.

S e r a p h i m N 40 p. 39.

348 *1268 (1257).*

...»Salomea..., soror Boleslai Pudici,... cum... Boleslao... coenobium sanctae Clarae (ex Zawichost)... in Skala(m) ad locum propter insultationes Litwanorum transtulerunt«.

K r o n. G o d. P a s k a MPH II 593.

D ł u g o s z II 386 s. a. 1262.

349 *1257.*

Vitus (Titus), episcopus quondam »Lithoviensis«, Fratribus Praedicatoribus Olomucensibus indulgentias elargitur.

B o c z e k C o d. d i p l. M o r a v i a e III N 261
p. 250.

350 *1257.*

Ipat. II 835, 838 vide s. a. 1255.

351 *1258 (ante 1258).*

»Woewoda ichъ (Lithuanorum) Chwalъ« terram Czernihoviensem vastavit.

Ipat. II 840.

352 *1260 (1258).*

Burandai iter in Lithuaniam (na Litwou) faciens nuntios ad Danielem mittit, qui postulent, ut is cum Tartaris contra Lithuanos proficiscatur.

Ipat. II 846.

Hust. II 342 s. a. 1259.

353 *1260 (1258).*

Wasilko cum Ruthenorum copiis via, quae ad Brest ducit, in Lithuaniam (po Litowьskoi zemlě) proficiscitur et agris hostium vastatis magnam praedam Burandaio portat. Deinde investigans Romanum, Danielis filium, ubi sit, cum Tartaris Lithuaniam populatur (woewasza zemlju Litowьskouju i Nalьszczanьskou knjahinju bě bo ostawilъ ou brata i syna swoeho Wolodimera).

Ipat. II 846—847.

354 *1260 (1258).*

Daniel ad Wolkowysk tendit, oppidum capit atque eius principem, cui Glebo nomen fuit, in servitutem abducit, sed inimicos suos Woiselkum et Tewtiwilum (Wyszelka i Tewtila) non invenit. Woiselk Romanum, Danielis filium, in carcerem conicit. Daniel copias suas per loca circumiacentia usque ad Zelewiam flumen (po Zelewi) dimittit, sed principes Lithuanorum nusquam assequi potest; postremo in Grodno (na Horodenъ) proficisci in animum inducit atque Mielnik pervenit. Ibi nuntium accipit Tartaros iam in Jaczwingorum terra (na Jatwjazěchъ) esse et Drohiczino adpropinquare, omnibus locis quaerentes Danielem eorum socium. Daniel et eius filii consilia inter se communicant, quid sibi faciendum deliberantes.

Ipat. II 847—848.



355 *Viennae 1258 Maii 12.*

Henricus, Jaczwingorum episcopus (Witsaciensis in Litovia), Viennae moratur.

Emler J. Regesta Bohemiae II N 184 p. 72.

356 *1258.*

Lithuani (Litwa) cum Polocensibus contra Smolensk proficiscuntur et »Woiszczinu« occupant.

Nowh. 1 III 56.

Nowh. 4 IV (1) 232. Nowh. 5 IV (2) 222. Sof. I V 189. Woskr. VII 162.

357 *1258. »Toi že oseni«.*

Lithuani (Litwa) castrum Torzek expugnant et diripiunt.

Nowh. 1 III 56.

Nowh. 4 IV (1) 232. Nowh. 5 IV (2) 222. Sof. 1 V 189. Woskr. VII 162. Patr. X 142. Lьwowsk. XX 164. Ermol. XXIII 85.

358 *1258.*

»Stroynatus Lithuaniae Dux partem terrae Masoviae circa Czyrnyn depraedatus est, et castrum Orzimow conquirens, viros et puberes occidit, impuberes vero igne concremavit et plures feminei sexus personas in captivitatem abduxit...«

Długosz II 369.

359 *1258. (1258—1259).*

Tartari totam Lithuaniam (wsju zemlju Litowьskuju) armis occupant.

Nowh. 1 III 56.

Nowh. 4 IV (1) 232. Nowh. 5 IV (2) 222. Sof. 1 V 189. Woskr. VII 162. Patr. X 142. Lьwowsk. XX 164. Ermol. XXIII 85. Tipohr. XXIV 98.

360 *1258.*

Ipat. II 838, 839—840 vide s. a. 1255. Schmidt G. Urkundenbuch der Stadt Halberstadt (Geschichtsquellen der Provinz Sachsen VII) I 1878 N 105 p. 96 vide s. a. 1271.

361 *in Saarburg 1259 Iulii 30.*

Henricus, Jaczwingorum (de Jatwesia) episcopus, in Saarburg moratur.

Hennes J. Codex diplom. ord. S. Mar. Theut. 1861 II N 143 p. 132.

362 *Littera suspecta. 1259 Augusti 7.*

Mindowe (Myndowe), rex Lithuaniae (Lettowie), ordini Theut. in Livonia assignat terras, quibus nomina obveniuntur haec: »Denowe tota, quam etiam quidam Jetwesen vocant, exceptis quibusdam terrulis scilicet Sentane, Dernen, Cresmen et villa que Gubiniten dicitur, cum tribus villis in Welzowe«; praeter ea assignat Mindowe »terram Schalowem, Seymeten totam..., bon(is i)n ipsa Seymeta exceptis«, quae Lithuaniae episcopo muneratae iam sunt.

Seraphim N 79 p. 69—70.

363 *Witte Werum 1259 Septembris 7.*

...»consecrata est ecclesia Floridi Orti a domno Christiano Lecowiensi episcopo...«

Menkonis Chronicon. Mon. Germ. Hist. Script. T. XXIII 1874, 547.

364 *1259.*

»Chrétien Evêque de Lecovie ou Luccorie, Suffragant de Münster...«

Histoire ecclesiastique d'Allemagne I. Tibus Geschichtliche Nachrichten über die Weihbischöfe von Münster. 1862 p. 12.



365 *(1259).*

Christianus, Lithuaniae (Lecowiensis) episcopus, cognoscitur primus episcopus Monasteriensis esse.

Delices de Pays bas. Kock H. Series Episc. Monasteriens. 1802 II p. 6.

366 *(1259).*

Duobus annis pacis praeteritis (1257—1259)[1] Samogiti (Sameiten) terras Curonum ingrediuntur. Fratres ord. Livon. Bernharto de Haren duce cladem gravem in pugna apud Schoten commissa referunt. Samogiti praeda onusti in patriam remigrant.

Alnp. 106—112.

367 *(1259).*

Samogiti (Sameiten) iterum Curonum fines invadunt. Magister ord. Livon. cum magno exercitu hostibus obviam it atque in castrum Wartdach (Warchdach) pervenit. Samogitti etiamsi proximi sunt, signa conferre non ausi pedem referunt.

Alnp. 112—120.

368 *1259.*

»Tartari subiugatis Bersabenis, Litwanis, Ruthenis et aliis gentibus, Sandomirz castrum capiunt«.

Roczn. Krótk. Dopełn. MPH II 806.

Roczn. Świętokrz. MPH III 73. Zdarzenia godne pamięci MPH III 307. Długosz II 373.

369 *1259.*

Hust. II 342 vide s. a. 1258.

[1]) Dusb. 96: 1259 »edificabatur... castrum in terra Carsovie in monte sancti Georgii... Quo edificato, relicti fuerunt ibi... fratres et armigeri de Prussia et Lyvonia pro custodia dicti castri«. Jeroschin 424. Herm. de Wartberge 40.

370 *Anagniae 1260 Ianuarii 25.*

Alexander pp. IV cessionem decumarum usui ordinis Theut. in Livonia ab Christiano, episcopo Lithuaniae (Lettowie), factam confirmat.

Seraphim N 87 p. 77—78.

371 *(1260).*

Samogitorum (Sameiten) in castrum Doben impetus frustratur.

Alnp. 125—126.

372 *(1260).*

Lithuani (Lettowen) prope castrum ord. Karschowen proprium castrum aedificant. Inter amborum castrorum praesidia proelia continuo committuntur.

Alnp. 126—127.

373 *in Troszyn 1260 Iunii 15.*

Foedere, quod inter Semovitum, Masoviae ducem, et magistrum Hartmudum de Grumbach ictum est, ordo Theut. Semovito partem Jaczwingorum (Getuinzitarum) terrae cedit, Semovitus autem fratribus ordinis opem suam contra eorum hostes promittit.

Seraphim N 104 p. 89—91.

374 *Littera per nonnullos declarata sicut falsa. »Lettowie in curia (Mindowe regis)«. 1260 »in medio mensis Iunii«.*

Mindowe (Myndowe), rex Lithuaniae (Lettowie), se totum regnum, si sine legitimis heredibus decedat, ordini Theut. in Livonia assignaturum esse pollicetur. Huius donationis testes sunt: »Langvinus sororius (regis)..., Lygeyke, Sthabbe, Bixebune,... barones et consanguinei, Parbusse de Nere, Gerdine de Naals, Vege, Vesegele,... Parbusse iunior«...

Seraphim N 106 p. 91—93.



375 *1260 Iulii 13.*

Dimicatum est apud Durben[1]).

Ann. Dunam. reconstr. Höhlbaum Beiträge 40—41.

Alnp. 128—130: Lithuani (Lettowen) magnis copiis terras Curonum adgrediuntur. Fratres ord. Livon. in pugna apud Durben (zû Dorben ûf dem velde breit) commissa cladem cruentam accipiunt. Dusb. 96—97: Postquam Lithuanos (Lethowinorum) Curoniam vastare nuntiatum est, fratres ordinis de Livonia et Prussia ad hostem proficiscuntur. Curoniensium proditione et populi Prussiae et Livoniae fuga fit, ut christiani cladem ingentem »in campo juxta fluvium Durbin« accipiant (Iulii 13). Jeroschin 424 — 427. Can. Samb. I 282: »in Curonia circa flumen Durben«. Herm. de Wartberge 41.

376 *(1260).*

Rusticus quidam in Prussia in quadam visione equites christianos cum Lithuanis (Lethowinis) proeliantes vidit.

Dusb. 98.

Jeroschin 427—428.

377 *Sublaci 1260 Septembris 9.*

Alexander pp. IV regem Bohemiae de Tartarorum invasione, qui maiorem Lithuaniae (Lettowiam) partem devastaverunt, certiorem facit.

Seraphim N 111 p. 101—102.

378 *Sublaci 1260 Septembris 9.*

Alexander pp. IV marchionem Brandenburgensem de Tartarorum invasione, qui maiorem Lithuaniae (Lettoviam) partem devastaverunt, certiorem facit.

Bunge I N 355 p. 453.

---

[1]) Seraphim NN 110, 111, 112, 113, 114: 1260 Septembris 9. »plurimi ex fratribus... ordinis per manus infidelium crudelissime sunt occisi«.
Alnp. 133—134: Fratres ord. Theut. castra Karschowen et Doben relinquunt.

379 *1240 (1260 Decembris 1).*

Vitus, episcopus quondam Lithuaniae (Litoviensis) altari s. Mariae indulgentiam 40 dierum concedit.

Grünhagen Regesten zur schlesischen Geschichte II N 1067 p. 95—96.

380 *(1260).*

Curones post pugnam apud Durben (Dorben) commisssam auxilium contra ord. Livon. a Lithuanis petunt. Lithuani (Lettowen) copias suas mittunt et castrum Sintelin occupant.

Alnp. 132.

381 *(1260—1261).*

Vicemagister Livoniae castra Sinteles et Asseboten expugnat. Praesidia Lithuanorum (Lettowen) viribus carentia parum resistunt.

Alnp. 134 — 138.

382 *1260.*

Ipat. II 846—848 vide s. a. 1258. Seraphim N 104 p. 90 vide s. a. 1254. Kron. God. Paska MPH II 586 vide s. a. 1261. Długosz II 375—376 vide s. a. 1261. Kron. God. Paska MPH II 586 vide s. a. 1262. Długosz II 376 vide s. a. 1262.

383 *1261 Ianuario — (Februario).*

Cruciferi cum Polonis terras Lithuanorum (Lithwanorum) invadunt, (20—27 I), sed pagani acribus pugnis commissis christianos fuga salutem petere cogunt.

Kron. God. Paska MPH II 587.

384 *1261 Februarii 3.*

»Fuit confictus contra Letwinos in Leneworden«[1]).

Ann. Dunam. reconstr., ed. Höhlbaum Beiträge 40—41.

---

[1]) Bunge I N 360 p. 458: Laterani 1261 Aprilis 8. Alexander pp. IV: »Multi ex dilectis filiis, fratribus hosp. s. Mariae Theut.,... de novo, sicut tristes audivimus, manibus infidelium crudelissime sunt occisi«...



Alnp. 138—140: Lithuani (Lettowen) fratres ord. Livon apud »Lenewarten« vincunt. Can. Samb. I 283.

385 *Littera per nonnullos declarata sicut falsa. 1261 Augusti 7.*

Mindowe, rex Lithuaniae (Littowiae) consentientibus filiis Replen et Gherstutten fines terrae Selen ordini Theut. Livon. concedere constituit. (»distinctiones vero alterius lateris inter Selones et Littewinos a praedicto Burchwalle Nowenene transeundo directe super viam Kopwech...; ...Swanteuppam descendendo in ripam Lettowiae«...).

Bunge I N 363 p. 461—464.

386 *(1261).*

Mindowe (Myndowe) Samogitis et Troynato (Traniate) suadentibus a fide christiana deficit.

Alnp. 145—148.

Herm. de Wartberge 42 s. a. 1261: »Huius tempore Mindowe rex Letwinorum apostavit a fide«. Bunge II N 687 p. 140, N 703 p. 172.

387 *Pragae 1261 Decembris 24*[1]).

Henricus, Jaczwingorum (Jachwesie) episcopus, quasdam indulgentias capellae b. virg. Catharinae apud Frankfurt concedit.

J. F. Böhmer Urkundenbuch der Reichsstadt Frankfurt I 1901 N 238 p. 114—115.

388 *(1261) »in principio secunde apostasie«.*

»Pogesani cum Sudowitis... castrum Elbigense impugnaverunt et adeo infesti fuerunt, quod utique suburbium expugnassent, si non

---

Seraphim N 135 p. 112: Rigae 1261 Aprilis 27. Georgius, vicemagister ord. Theut. in Livonia: »quantum dampnum nos fratres et ceteri christiani degentes in partibus Lyvonie non multo iam elapso tempore recepimus in perditis equis et armiis et aliis bonis«...

[1]) Cf. Annales Pragenses. Mon. Germ. Hist. Script. T. IX 178: »presentibus... episcopis... duobus de Prussia«...

quidam, dictus Wirtel, capitaneus ipsorum cum lancea transfixisset... (Postea) propugnaculum quoddam, situm inter fluvium Rogow et Wesecam flumen,... (et) castrum Weclitze, situm supra Rogow fluvium,... in cinerem redegerunt«...

Dusb. 129.

Jeroschin 476—477.

389 *1260 (circa 1261).*

»Prutheni baptisati cum suo rege Mendolpho, propter multa gravamina quae ipsis per cruciferos inferebantur, fidem christianam, quam assumpserant, deserentes ad Lithwanos... abierunt, ipsis fortissime adhaerentes«.

Kron. God. Paska MPH II 586.

Długosz II 375—376.

390 *1262.*

Novogrodenses cum Lithuanis (съ Литвою) pacem faciunt.

Nowh. 1 III 57.

Alnp. 148: Mindowe (Myndowe) societatem cum Ruthenis iungit.

391 *Moguntiae 1262 Martii 15.*

Christianus, Lithuaniae episcopus, Moguntiae moratur.

Script. rer. pruss. II 43, 139.

392 *Moguntiae 1262 Aprilis 15.*

Christianus, Lithuaniae (Litowie) episcopus, quasdam indulgentias capellae b. virg. Catharinae apud Frankfurt concedit.

J. F. Böhmer. Urkundenbuch der Reichstadt Frankfurt I 1901 N 241 p. 115—116.

393 *1262 Iunii 23.*

»Semovitus dux Mazovie a Lituanis in Jazdov... occiditur et Cunradus filius eius capitur«.

Roczn. Kapit. MPH II 807.



Ipat. II 855: Mindowe (от Миндовга) Lithuanos (Литва), ut Poloniam vastarent, misit. Semovitus, dux Masoviensis, in proelio, quod ad Iazdow (Ездовъ) fuit, occidit (23 VI) Lithuani cum revertentur, Conradum Semoviti filium in servitutem abduxerunt atque magna spolia ceperunt. Dusb. 125 — 126: »Trinota filius regis Lethowinorum... dum appropinquaret terre Prussie, divisit exercitum suum in tres turmas, quarum unam misit contra Masoviam, aliam contra Pomesaniam et utramque terram rapina et incendio devastavit. Reliqui intraverunt terram Colmensem et... castrum Birgelow expugnaverunt«... Kron. God. Paska MPH II 586 s. a. 1260: »Mendplphus rex... Pruthenorum, Lithwanorum et aliarum gentium infidelium... terram Mazoviae intravit. Ubi primo Ploczk civitatem et deinde alia oppida et villas totius terrae Plocensis crudeliter ...devastavit. Et deinde... fere totam terram Prussiae destruxit«... Kron. God. Paska MPH II 588: 22 VI 1262. »Rutheni cum Lithuanis venientes caute in terram Czirnensem Mazoviae ipsam totaliter igne et gladio devastaverunt. Ubi... villam, Jaszden nomine, intrantes, invenerunt Semovitum cum filio suo Conrado Mazoviae duces. Swarno... Semovitum... manu propria decollavit et Conradum... secum abduxit captivum«. Roczn. Traski i Krak. MPH II 839. Roczn. Sędziwoja MPH II 878. Roczn. Świętokrzyski MPH III 75. Roczn. Małopolski MPH III 170—171. Zdarz. godne pamięci MPH III 308. Katal. bisk. krak. MPH III 362. Roczn. Górnośląski MPH III 715. Jeroschin 472. Długosz II 376 s. a. 1260. Długosz II 384. Hust. II 343.

394 *1262 »in die b. Petri« (Iunii 29).*

...»frater Vitus de ordine Praedicatorum, episcopus quondam Lithoviensis... consecravit in summa ecclesie chorum, qui de novo fuerat paratus«.

Rocznik Wielkopolski MPH III 34.

395 *1262 Iulii 30.*

Henricus, Jaczwingorum (Jatwesoniae) episcopus, quasdam indulgentias capellae s. Mariae in Helmgersperge concedit.

Hermannus abbas Altahensis de rebus suis gestis. Mon. Germ. Hist. Script. T. XVII 380—381.

396 *1262.*

Masovienses ducem Conradum, qui a Lithuanis captus est, a Mindowe redimunt.

Długosz II 384.

397 *1262 Augusti 5.*

Masovienses, ut iniurias acceptas ulciscantur, pugnam cum Lithuanis et Ruthenis, »in praedio et rure, cui nomen Dlugoszyedle« commitunt; qua tamen pugna vincuntur.

Długosz II 385.

398 *(1262).*

Mindowe (Myndowe) regionem Wenden adoritur sed re infecta discedit.

Alnp. 148—149.

399 *(1261—1262).*

Marthe, Mindowe (Myndowe) uxor, frustra coniugem suum, ut in fide christiana permaneat, impellit.

Alnp. 149—151.

400 *(1262).*

Werner magister Livoniae fines suos a Lithuanorum (Lettowen) impetu tuetur.

Alnp. 151

401 *1262.*

Mindowe (Mindowhъ) contra Wasilkonem copias suas mittit. Una manus loca Kamieniec circumiacentia vastat et cum praeda cedit, frustra enim Rutheni usque ad flumen Jasoldam (do Jasolny) vastatores assequi conantur. Altera manus paucos dies post—»bjasze že z nimi woewoda Tjudijaminowiczъ Kowdižadъ—okolo Mělnicě« vastat. Contra hos invasores Wasilko ipse in certamen descendit et hostem apud Nebel (ou Neblja horoda) assequitur. Signis collatis



Lithuani magnam cladem accipiunt. Pinscenses duces victoria Wasilkonis laetantur.

Ipat. II 855—856.

402 *1262.*

Daniel in Hungariam iter facit, quo in itinere a Wasilkone spolia accipit; magnopere fratris victoria a Lithuanis reportata laetatur.

Ipat. II 857.

403 *1262.*

Tewtiwil (Towtiwilъ) cum Polocensibus et Lithuanis (i Litwy 500) atque Ruthenorum ducibus ad castrum Juriew expugnandum contra Theutonicos profectus victor rediit.

Nowh. 1 III 57.

Pskowsk. 1 IV 180. Sof. 1 V 190. Woskr. VII 163. Patr. X 143.

404 *in Vitoradow 1262 Novembris 5.*

Vitus, Lithuaniae (Lythoviensis) episcopus, in Vitoradow moratur.

Grünhagen Reg. zur schles. Gesch. II 1875 N 1143 p. 116.

405 *1262 (1262—1263).*

Mindowe (Mindowhъ) uxore mortua sororem eius, nuptam Dowmonto, »za Domontomъ za Nalъszczanъskimъ knjazemъ«, in matrimonium ducit. Id facinus ulcisci exoptans Dowmont consilium Mindowe necandi cepit et hoc spectans quaerit amicitiam Treniatae (Trenjatou), qui eo tempore in Samogitia (w Žomoti) morabatur.

Ipat. II 859—860.

406 *(1262—1263).*

Mindowe et Troynatus (Myndowe und Traniat) ad bellum contra christianos gerendum Samogitos (Sameiten) et Curones sibi conciliant.

Alnp. 155—156.

407 *(circa a. 1262).*

Papa episcopo Pragensi negotium dat, ut is episcopum Jaczwingorum (Iarlbesonie-s), qui propter metum paganorum non potuerit stare in episcopatu suo, ad proficiscendum in dioecesim suam arcessat.

Ptaśnik Mon. Vat. III App. N 513 p. 465.

408 *(circa 1262—1263).*

»Castrum Wisenburgk, quod a Pruthenis Walewona dicitur, situm fuit in terra Bartensi in littore fluminis Gobrionis, ad quod de Sudowia et aliarum nacionum partibus venit exercitus et depredato territorio circumjacente recessit«. Sudowitas fratres ordinis persecuti sunt sed cladem »circa flumen, quod dicitur Wangrapia« acceperunt.

Dusb. 110.

Jeroschin 443—445.

409 *(circa 1262—1263).*

Certamina fratrum ord. Livon. in terris Ampille et Schalowe cum Lithuanis (Lettowen) conseruntur[1]).

Alnp. 162—163.

410 *(circa 1262—1263) »die dominica«.*

»Fuit castrum quoddam in terra Colmensi in quodam monte dicto Wartenbergk...; quando populus de vicinis villis esset in solacio et choreis, supervenit quidam exercitus de Sudowia improvise et totum illum populum interfecit«...

Dusb. 125.

Jeroschin 471—472.

411 *(circa 1262—1263).*

...»Sudowite... venerunt ad castrum Wartenbergk et post multas impugnaciones et duras..., tandem ipsum cremando funditus destruxerunt, duos fratres cum tota familia occidentes«...

Dusb. 125.

Jeroschin 472.

[1]) Cf. Seraphim N 563 p. 351. Bunge I Reg N 645 p. 166.



412 *1262.*

Ipat. II 858 vide: post 1219—ante 1244, ibid. 858, 859 — s. a. 1254, 859 — s. a. 1254/1257, 859 — s. a. 1256/1258, 859 — s. a. 1258, 858/859, 859 — s. a. 1263. Długosz. II 386 vide s. a. 1257.

413 *1262 (ante 1263).*

Woyselk (Woiszelkъ) patre suo vivente Nowogrodek accepit; cum crudeliter regnaret et sanguinem innocentium profunderet, conscientia vexatus in Nowogrodek baptizatus est.

Ipat. II 858—859.

414 *1262 (ante 1263).*

Woiselk (Woiszelkъ) aedificavit caenobium ad flumen Niemen (na Nemně) loco inter Lithuaniam ac Nowogrodek (meżi Litwoju i Nowymъhorodъkomъ) sito, cuius operis patrem paenituit.

Ipat. II 859·

415 *1263.*

...»Rutheni et Lithuani (Masoviam vastant)..., in castellaniam Loviczensem, ad archiepiscopum Gnesnensem pertinentem,... se conferunt. Atque illuc concito gradu pervenientes, tam villas, quam archiepiscopales curias, hominibus et iumentis spoliatas, incendunt et igne consumunt et praedam satis multiplicem... in terras suas stomachando et superbiendo referunt«.

Długosz II 387

416 *1263 Februarii 2—9.*

Devastata est Maritima et Perona a Lithuanis (2 II). Dimicatum est contra eos apud Dunemunde (9 II).

Ann. Dunam. reconstr. Höhlbaum Beiträge 40—41.

Alnp. 158—159: Troynatus (Traniate) regionem Wic adoritur et pugnam cruentam cum fratribus ord. Livon. apud Dunemunde magna Mindowe laetitia committit. Herm. de Wartberge 45: »Filius... regis (Mindowe) aciem direxit versus Maritimam«...

417 *Junivladislaviae 1263 Februarii 19.*

Controversias inter Casimirum, Cuiaviae ducem, et ordinem Theut. ortas arbitri electi diiudicant; accusabatur autem Casimirus, quod se auctore terra »Luckovie« fratribus data non esset, quodque duas cruciferorum contra Jaczwingos (Getwezitas) expeditiones impedisset et foedus sibi cum Lithuanis (Lethuinis) fuisset.

Seraphim N 188 p. 146—149.

418 *(1263).*

Praesidium de Memelburg cum paganis, qui haud procul castrum Kretenen[1]) habebant, saepe pugnant; quod castrum fratres ordinis expugnare cupientes aggrediuntur, sed cladem accipiunt[2]). Postea tamen insidiis paratis hostem vincunt.

Alnp. 160—162.

419 *(primo dimidio a. 1263?).*

...»Sudowite... intraverunt terram Lubovie et castrum et civitatem ejusdem nominis funditus destruxerunt. Deinde circa castrum Straisbergk intrantes terram Colmensem, ...preoccupaverunt plura castra... Posthec venerunt Thorun... Tandem... civitatem Colmensem (frustra) ...impugnaverunt«...

Dusb. 126—127.

Jeroschin 473.

420 *Apud Urbem Veterem. 1263 Septembris 13.*

Urbanus pp. IV Lithuanos (Lituariorum) continuis incursionibus ecclesiam Gnesnensem vastare affirmat.

Ptaśnik Mon. Vat. III N 91 p. 51—52.

---

1) Cf. Bunge I N 246 p. 319—320, Philippi-Wölky N 285 p. 215, Seraphim N 64 p. 59.

2) Februario-Martio (?).



421 *1263.*

Mindowe (Mindowhъ) copias omnes trans Dniepr adversus Romanum, ducem in Briansk, mittit. Dowmont expeditioni interest.

Ipat. II 860, 862.

422 *1263 (autumno).*

Dowmont se ab exercitu regio seiungit, Lithuaniam revertitur et Mindowe (Mindowha) atque duos eius filios »Rouklja« et »Repekъja« interficit.

Ipat. II 860.

Nowh. 1 III 58: Motu in Lithuania (w Litwi) orto Mindowe (Mindowha) a propinquis suis interficitur. Alnp. 163—164: Mindowe a Lithuano trucidatur: »ein ander Lettowe der trûc nît ûf in heimelîche; der was ouch alsô rîche und der vrûnde alsô grôz, daz es Myndowe nicht genoz«. Herm. de Wartberge 45: »rex Letwinorum Mindowe fuit a quodam generoso Letwino proponente usurpare regnum interfectus«. Roczn. Kapit. MPH II 807: »Mendoch rex Lytwanorum a Litwanis occiditur«. Roczn. Sędziwoja MPH II 878. Katal. bisk. krak. MPH III 362. Długosz II 388: »conspiratione facta, Stroynat alias Trognat, secundus post Mendog loco, nepos suus, dominationem et Principatum apud Lithuanos occupaturus, illum (Mindowe) quiescentem per insidias obtruncat et omnes filios suos in dolo et rapit Principatum»... Nowh. 4 IV (1) 234. Nowh. 5 IV (2) 223. Sof. 1 V 191. Woskr. VII 236. Lъwowsk. XX 165. Ermol. XXIII 86. Roczn. Kapit. MPH II 808 s. a. 1264: »Stroynat potens princeps Lithuanorum, qui occiderat Mendog«... Kat. bisk. krak. MPH III 363 s. a. 1264. Roczn. Krasińskich. MPH III 133 s. a. 1264: »Mendog rex Lytwanie a Thrognath nepote suo dolose cum filiis suis occiditur«. Woskr. VII 164 s. a. 1264. Patr. X 144 s. a. 1264. Pskowsk. 2 V 6 s. a. 1265. Woskr. VII 165, 254 s. a. 1265 »Erdenъ... ubi... Mindowha«. Tipohr. XXIV 99 s. a. 1265. Narbutt T. Dzieje narodu litewskiego I 1835 p. 375: Septembris 12.

423 *1263.*

Romanus, dux de Briansk, Lithuanos vincit.

Ipat. II 862.

424 *1263.*

Mindowe (Mindowhowě) mortuo Woiselk (Woiszelkъ), ne sibi quoque idem ac patri accidat timens, ad Pinsk fugit.

Ipat. II 860.

425 *1263.*

Mindowe mortuo Troynat (Trenjata) summa rerum totius Lithuaniae atque Samogitiae (wo... zemlě Litowьskoi i w Żemoti) potitus legatum ad Tewtiwilum (po Towtiwila) misit, qui ab eo postularet, ut a Polock veniret et hereditatem Mindowe (Mindowъhowъ) se cum communicaret.

Ipat. II 860—861.

Hust. II 343.

426 *Rigae 1264 (1263?) Decembris 28.*

»Knjazь Herdenь« indicat ordinem Theut. in Livonia civitatemque Rigensem cum Ruthenis de Polock et Witebsk pacem composuisse.

Bunge. VI N 3036 p. 440—441.

427 *Apud Urbem Veterem 1263 Decembris 31.*

Urbanus pp. IV episcopo Cracoviensi mandat, ut ducis Cracoviensis precibus satisfaciat et viros idoneos ad evangelizandos Lithuanos (Lituani) mittat ac in eorum partibus ecclesias fundet.

Seraphim N 212 p. 162—163.

428 *1263 (1263—1264).*

Tewtiwil (Towtiwilъ) Troynatum (Trenjatou) vita privare exoptat, sed is de periculo a Procopio, Polocensi viro nobili, certior factus Tewtiwilum interficit.

Ipat. II 861.

Nowh. 1 III 58: Lithuani (Litwa) Towtiwilum, ducem Polocensem, interficiunt. Cum autem filium quoque Towtiwili occidere conantur, ille ex Polock in Nowogrod fugit; tum suum ducem castro Polock praeficiunt. Nowh. 4 IV (1) 234. Nowh. 5 IV (2) 224.



Sof. 1 V 191. Lьwowsk. XX 165. Ermol. XXIII 86. Woskr. VII 164 s. a. 1264. Patr. X 144 s. a. 1264.

429 *(circa 1263?).*

Scumandus cum Sudowitis terram Colmensem intrat et vastat. Cum hostes apud castrum Birgelow nocte corpora reficerent, fratres castri repente in eos incurrunt multosque infideles interficiunt.

Dusb. 127.

Jeroschin 474.

430 *1263.*

Nowh. 1 III 58, Sof. 1 V 192, Woskr. VII 165, Lьwowsk. XX 165, Ermol. XXIII 86, Tipohr. XXIV 99 vide s. a. 1254—circa 1260. Ipat. II 861 vide s. a. 1264.

431 *Cracoviae 1264 Maii 15.*

Boleslaus, dux Cracoviae et Sandomiriae, monasterio Miechoviensi locandi villam Skaryszow iure Theut. potestatem dat incolisque eius villae concedit, ut »podvodones vel equi in Lituam ducendi« ab iis negentur[1]).

KDMP II N 472 p. 124—125.

432 *Apud Urbem Veterem 1264 Iunii 4.*

Urbanus pp. IV regem Bohemiae hortatur, ut Ruthenos schismaticos et Lithuanos (Litwani), qui una cum Tartaris Poloniam et Prussiam invadunt, expugnet.

Seraphim N 222 p. 166—167.

---

[1]) KDMP I N 51 p. 63: Zawichostiae 1258. Boleslaus, dux Cracoviae et Sandomiriae, villae Kock episcopi Plocensis propriae quasdam immunitates largitur; cuius villae incolis concedit, ut nullis castris praeter castrum Lublin et Lucow nullisque expeditionibus nisi »contra instantem insultum paganorum« paratis intersint.

433 *1264 Iunii 14.*

»Cracovienses vicerunt Iacuizitas«...

Roczn. Traski MPH II 839.

Roczn. Kapit. MPH II 808: »Comat princeps Iazvuditarum in bello per Cracoviensem exercitum occiditur«. Roczn. Małop. MPH III 171. Długosz II 390: »Eo uno praelio (23. VI)... omnis... natio Jaczwingorum adeo extincta est, ut caeteris ...aut in ditionem Boleslai concedentibus, aut Lithuanis se coniungentibus, hactenus se nomen quidem Iaczwingorum extet«. Hust. II 343: Boleslaus, dux Poloniae, »do osnowanija iskoreni sъ Podljasza Jatwjahowъ«. Roczn. Sędziwoja MPH II 878 s. a. 1267.

434 *1263 (1264).*

Mindowe (Mindowhowi) familiares fraudulenter Troynatum (Trenjatou) interficiunt. Woiselk (Woiszelkъ) de morte Troynati certior factus cum copiis Pinscensibus in Nowogrodek atque inde in Lithuaniam (w Litwou) proficiscitur.

Ipat. II 861.

Roczn. Kapit. MPH II 808: »Stroynat potens princeps Lituanorum... occiditur per Theophilum et per Woysalk, filium ipsius Mendog regis«. Roczn. Krasińskich MPH III 133: »Woysalk, filius regis Mendok, existens monachus Russie, egrediens de claustro regicidam Thrognath cum aliis ducibus... occidit«. Rohożsk. XV 33: Woiselk (Woiszelhъ) in Lithuania (na Litwu) bellum gerit et Troynatum (Terenjatu) interficit. Herm. de Wartberge 45: »Filius... regis (Mindowe) cum esset Rutenus, audiens patris necem rediit Letowiam ad ulciscendam patris necem«. Katal. bisk. krak. MPH III 363. Długosz II 392. Hust. II 343. Roczn. Sędziwoja MPH II 878 vide s. a. 1266.

435 *1264.*

Woiselk (Woiszelkъ) rerum summa totius Lithuaniae (zemli Litowьskoi) potitur; alios hostium, in quorum numero Ostafius quoque erat, interficit, alios patria expellit.

Ipat. II 861.



Alnp. 164: Mindowe (Myndowe) regis filius ex Ruthenorum terra in Lithuaniam (Lettowen) revertitur et regno potitur. Długosz II 392.

Nowh. 1 III 58: »Woiszelhъ... po ubienii że otca swoeho... soimja sъ sebe rizu oběszczasja Bohu na 3 lěta kako prijati riza swoja a ustawa mniszьskaho ne ostasja«, Nowh. 4 IV (1) 234, Nowh. 5 IV (2) 224, Pskowsk. 1 IV 180, Pskowsk. 2 V 6, Sof. 1 V 192, Woskr. VII 165, 254, Patr. X 144, Lьwowsk. XX 165, Ermol. XXIII 86, Tipohr. XXIV 99 — s. a. 1265.

436 *1264.*

Woiselk (Woiszelьkowi) in dicionem atque arbitratum Wasilkonis, Romani filii, se dedit.

Ipat. II 862.

437 *(circa 1264).*

Mindowe (Myndowe) regis filius omnes christianos in Lithuania libertate donat.

Alnp. 164.

Herm. de Wartberge 45: »Omnes christianos, quos reperit in regno captivos, magistro versus Rigam clementer remisit«.

438 *(circa 1264).*

Mindowe (Myndowe) regis filius legatos, qui pacem peterent, ad Livoniae magistrum mittit.

Alnp. 164.

439 *(circa 1264).*

Magister Livoniae legatos filii Mindowe (Myndowe) in eorum patriam remittit.

Alnp. 165.

440 *(circa 1264).*

Pruthenorum, Sudowitarum et Lithuanorum exercitus terram Sambiensem intravit et castrum Wilow obsedit. In pugna multi infideles occisi et vulnerati sunt. Postquam Henricus Tupadel potentem capitaneum Lithuanorum (Lethowinorum) interfecit, illi perterriti ab obsessione recesserunt.

D u s b. 112.

J e r o s c h i n 449.

441 *1264 (1264—1265).*

Woiselk (Woiszelkъ) a Swarno, Danielis filio, et copiis Wasilkonis adiutus hostes suos devincit atque castra eorum »wo Djawelъtwě« et »w Nalъszczanechъ« capit.

I p a t. II 862—863.

H u s t. II 343: Woiselk (Woiszelko) terras Polonorum, Masoviae, Cruciferorum aliasque terras auxilio Szwarni, Danieli filii, usus armis occupat.

442 *1264.*

W o s k r. VII 164 vide s. a. 1263. P a t r. X 144 vide s. a. 1254—circa 1260. P a t r. X 144 vide s. a. 1263. R o h o ż s k. XV 33 vide s. a. 1265—1266. B u n g e VI N 3036 p. 440—441 vide s. a. 1263. D ł u g o s z II 389 vide: saec. XIII, XII et ante. D ł u g o s z II 390 vide s. a. 1257.

443 *Perusii 1265 Iunii 12.*

Clemens pp. IV Guidoni cardinali, apostolicae Sedis legato, imperat, ut cruciferos contra Lithuanos et Livones et alios paganos proficiscentes ope sua sublevet.

S e r a p h i m N 245 p. 182.

444 *1268 (1265).*

Woiselk (Woiszelkowi) et Swarno in Lithuania (wo Litwě) regnantibus Lithuani una cum Ruthenis Poloniam via, quae ad



Drohiczin ducit, invadunt atque terras Boleslai (Cracoviensis) ducis devastant.

I p a t. II 864.

445 *1265.*

Wasil, Iaroslai filius, uxorem »u knjazja Litowskaho u Witowta« (!) ducit.

S i m e o n XVIII 72.

446 *1265.*

Trecenti Lithuani (300 Litwy) cum familiis suis ex Lithuania in Pskow fugiunt ibique baptizantur.

N o w h. 1 III 58.

S o f. 1 V 192. P a t r. X 144. L ь w o w s k. XX 165. E r m o l. XXIII 86.

447 *1265 (1265—1266).*

Dowmont (Domantъ) ex Lithuania (ostawlь... zemlju Litowskuju) fugit, in Pskow advenit, ibi baptizatur atque dux Pscovensis fit.

P s k o w s k. 1 IV 180.

P s k o w s k. 2 V 6, 10. W o s k r. VII 165.
R o h o ż s k. XV 33 s. a. 1264. N o w h. 1 III 58, N o w h. 4 IV (1) 235, N o w h. 5 IV (2) 224, S o f. 1 V 192, P a t r. X 145, L ь w o w s k. XX 165, E r m o l. XXIII 86, T i p o h r. XXIV 99—s. a. 1266. H u s t. II 345 s. a. 1276.

448 *1268 (1265—1266).*

Dum Swarno in Nowogrodek moratur, legatus Boleslai venit. Dux Cracoviensis Swarnum accusat, quod expeditioni Lithuanorum (Litwa) in Poloniam susceptae interfuit.

I p a t. II 864.

449 *1268 (1265—1266).*

Boleslaus dux (Cracoviensis) invasionem Lithuanorum (na Litwou) in suas terras factam non queritur, nam Lithuani, qui persaepe terras eius invaserant, Poloniae hostes putabantur.

I p a t. II 864.

450 *(circa 1265).*

Iziaslaus, dux Polocensis, indicat Polock et Witebsk in ius dicionemque duci Woiselci se dedisse (Poloteskъ Widьbeskъ odno estь a woli esmi Božii i wъ Molszehowe).

Bunge VI N 3037 p. 441 — 442. (Hans. UB I N 616 p. 214).

451 *1265.*

Pskowsk. 2 V 6, Woskr. VII 165, 254, Tipohr. XXIV 99— vide s. a. 1263; Nowh. 1 III 58, Nowh. 4 IV (1) 234, Nowh. 5 IV (2) 224, Pskowsk. 1 IV 180, Pskowsk. 2 V 6, Sof. 1 V 192, Woskr. VII 165, 254, Patr. X 144, Lьwowsk. XX 165, Ermol. XXIII 86, Tipohr. XXIV 99—vide s. a. 1264; Pskowsk. 2 V 6, 7, Woskr. VII 166, 167 vide s. a. 1266; Rohożsk. XV vide s. a. 1266 — 1267. Nowh. 1 III 58, Woskr. VII 165, 254, Patr. X 144, Ermol. XXIII 86, Tipohr. XXIV 99 vide s. a. 1267. Pskowsk. 2 V 7 vide s. a. 1268.

452 *1266.*

Dowmont (Domantъ) cum Pscovensibus Lithuaniam (Litwu) invadit, terram vastat, ducis Herdenii (Herdenewuju) familiam capit. Praeda in Pskow missa ipse cum parte copiarum ad Dunam manet atque Lithuanorum invasionem exspectat.

Nowh. 1 III 59.

Nowh. 4 IV (1) 235. Nowh. 5. IV (2) 224—225. Pskowsk. 1 IV 180, 180—181. Pskowsk. 2 V 6. Sof. 1 V 192. Patr. X 145. Lьwowsk. XX 165. Ermol. XXIII 86. Tipohr. XXIV 99 — 100. Pskowsk. 2 V 6 s. a. 1265: knjahinju Erdenewuju poloni tetku swoju Eupraksiju. Woskr. VII 166 s.a. 1265.

453 *1266 Junio.*

»Herdenii i Hoitortъ i Ljumbi i Juhailo« aliique duces cum septingentis militibus Dowmontum (Domonta) persequuntur. Ille cum sociis suis (sъ Luwoju sъ Litownikomъ) proelium non detractat et ad Dunam pugna committitur (18 VI), qua Lithuani vincuntur multique eorum duces, in his »Hotortъ«, occidunt.

Pskowsk. 1 IV 181.

Nowh. 1 III 59. Nowh. 4 IV (1) 235 — 236. Nowh. 5 IV (2) 225. Sof. 1 V 193. Patr. X 145. Lьwowsk. XX 165. Ermol. XXIII 86—87. Tipohr. XXIV 100. Pskowsk. 2 V 6—7 s. a. 1265. Woskr. VII 166—167 s. a. 1265.

454 *1267 (1266—1267).*

Novogrodenses et Dowmont (Domantъ) cum Pscovensibus Lithuaniam (Litwou) populantur et »Herdenja« interficiunt.

Nowh. 4 IV (1) 236.

Nowh. 1 III 59: »na zimu«. Nowh. 5 IV (2) 225. Sof. 1 V 193. Patr. X 145. Rohożsk. XV 33 s. a. 1265.

455 *1266 (1266—1267).*

Iaroslaus dux cum exercitu in Nowogrod venit, ad Pskow contra Dowmontum profecturus, quo tamen consilio desistit.

Nowh. 1 III 59.

Sof. 1 V 193. Patr. X 145. Lьwowsk. XX 165. Ermol. XXIII 87. Woskr. VII 167 s. a. 1265.

456 *(1266 — 1292).*

»Paulus Polukosza (episcopus Cracoviensis)... cum Lithvanis connubia miscuit, ut forcius resisteret suis adversariis, quos plures habebat propter sua facinora«.

Katal. bisk. krak. MPH III 363.

457 *1266.*

Nowh. 1 III 58, Nowh. 4 IV (1) 235, Nowh. 5 IV (2) 224, Sof. 1 V 192, Patr. X 145, Lьwowsk. XX 165, Ermol. XXIII 86, Tipohr. XXIV 99—vide s. a. 1265 — 1266. Roczn.

Sędziwoja MPH II 878 vide s. a. 1264. Hust. II 344 vide s. a. 1267. Nowh. 4 IV (1) 234—235, Nowh. 5 IV (2) 224—vide s. a. 1267. Tipohr. XXIV 100 vide s. a. 1268. Pskowsk. 2 V 7 vide s. a. 1271.

458 *1268 (circa 1267).*

Woiselk (Woiszelkъ) Swarno, Danielis filio, regnum totius Lithuaniae (w Litwě) defert.

Ipat. II 867.

Nowh. 1 III 58 s. a. 1265: Woiszelhъ... po ubienii że otca swoeho... soimja sъ sebe rizu oběszczasja Bohu na 3 lěta[1]) kako prijati riza swoja a ustawa mniszьskaho ne ostasja«. Woskr. VII 165, 254, Patr. X 144, Ermol. XXIII 86, Tipohr. XXIV 99— s. a. 1265. Hust. II 344 s. a. 1266.

459 *1268 (circa 1267).*

Woiselk (Woiszelkъ) fit caenobita in s. Danielis caenobio in Uhrowesk.

Ipat. II 867.

Hust. II 344 s. a. 1266.

460 *Pragae 1267 Septembris 19.*

Rex Bohemiae cum ordine Theut. foedus icit; quo foedere cruciferi ei »Galandiam, Getvesiam et Letowiam« expugnaturo opem suam pollicentur.

Cod. dipl. Warm. I N 51 p. 89—91.

461 *1267 Decembris 9.*

...»Leo dux Russiae, ...cum Woysalko Mendolphi alias Mendog filio Duce Lithuaniae, pro terris Russiae, quas idem Woysalk sui iuris facere nitebatur, in simultates et odia perveniens, praefatum Woysalk in quodam rure se continentem, circumventum obtruncat«.

Długosz. II 404.

---

1) 1264/5—1267.



462 *1268 (1267).*

Novogrodenses Georgio duce contra Lithuanos (na Litwu) profecturi sunt, sed consilio desistunt.

Nowh. 1 III 59.

Sof. 1 V 193. Woskr. VII 167. Lьwowsk. XX 166. Ermol. XXIII 87. Nowh. 4 IV (1) 234—235 s. a. 1266. Nowh. 5 IV (2) 224 s. a. 1266.

463 *1268 (1267—1268).*

Woiselk (Woiszelkъ) Wladimiriam consilii cum Wasilkone et Leone, Danielis filio, habendi causa venit. Ibi de improviso Woiselkum Leo interficit, ut quod Lithuaniae (zemlju Litowьskouju) regnum Woiselk eius fratri Swarno detulerit, crudeliter ulciscatur.

Ipat. II 868.

Roczn. Traski. MPH II 840 s. a. 1267: »Dux Leo filius Danielis regis Rusie occidit Woyslaum filium Mendogi ducis Lithwanorum«. Hust. II 344 s. a. 1267.

464 *1268 (1267—1269).*

Woiselko (po Woiszelkowi) mortuo Swarno paucos annos (lětъ nemnoho) summae rerum in Lithuania (w Litowьskoi zemli) praeest.

Ipat. II 868—869.

Hust. II 344 s. a. 1267.

465 *1267.*

MPH II 878 vide s. a. 1264. Nowh. 1 III 59, Nowh. 4 IV (1) 236, Nowh. 5 IV (2) 225, Sof. 1 V 193, Patr. X 145—vide s. a. 1266—1267. Pskowsk. 2 V 7, 10 vide s. a. 1268. Hust. II 344 vide s. a. 1269. Pskowsk. 2 V 10 vide s. a. 1271. Pskowsk. 2 V 7, 10 vide s. a. 1272.

466 *1268 (ante 1268).*

Dowmont (Domantъ) filiam magni ducis Dimitrii, Alexandri filii, nomine Mariam in matrimonium ducit.

Pskowsk. 1 IV 181—182.

N o w h. 4 IV (1) 238. N o w h. 5 IV (2) 227. S o f. 1 V 195. W o s k r. VII 168. E r m o l. XXIII 87. T i p o h r. XXIV 100. P s k o w s k. 2 V 7 s. a. 1265.

467 *Viterbii 1268 Januarii 20.*

Clemens pp. IV Bohemiae regi mandat, ut contra infideles »in Galandia, Getvesia, Letowia, et aliis adiacentibus provinciis existentes« proficiscatur eosque ad fidem catholicam conducat et ecclesias cathedrales hisce in regionibus erigat.

S e r a p h i m N 278 p. 196—197.

468 *Viterbii 1268 Januarii 20.*

Clemens pp. IV Bohemiae regi mandat, ut si terram Lithuaniae (Letowie) e manibus paganorum eius ministerio eripi contigerit, in illa regni solium, sicut Mindowe (Mindota) temporibus fuerit, erigat ac illi regimini virum fidelem et ecclesiae Romanae devotum praeficiat.

S e r a p h i m N 279 p. 197—198.

469 *Viterbii 1268 Januarii 25.*

Clemens pp. IV episcopo Olomucensi mandat, ut »terras Galandie et Getvesie« a rege Bohemiae e manibus paganorum ereptas, in spiritualibus regat.

S e r a p h i m N 280 p. 198—199.

470 *Viterbii 1268 Januarii 26.*

Clemens pp. IV regi Bohemiae concedit, ut terras, »quas de manibus Litwanorum vel aliorum infidelium« eripiat, retinere ei liceat.

S e r a p h i m N 281 p. 199.



471 *Viterbii 1268 Ianuarii 31.*

Clemens pp. IV foedus inter regem Bohemiae et ordinem Theut. a. 1267 Septembris 19 ictum, quod ad Jaczwingos et Lithuanos subigendos attinet, confirmat.

C o d. d i p l. W a r m. I N 51 p. 89—91.

472 *1268 Ianuario-Februario.*

Dowmont cum Pscovensibus expeditioni contra Rakowor susceptae interest.

N o w h. 1 III 59—60.

N o w h. 4 IV (1) 236—238. N o w h. 5 IV (2) 226—227. P s k o w s k. 1 IV 181. S o f. 1 V 194. W o s k r. VII 167—168. P a t r. X 146—147. A w r. XVI 54. L ь w o w s k. XX 166. E r m o l. XXIII 87. P s k o w s k. 2 V 7, 10 s. a. 1267. T i p o h r. XXIV 100 s. a. 1266. C f. H e r m. d e W a r t b e r g e 46.

473 *1268.*

»Cui (Demetrio regi Rutenorum) dominus Alexander episcopus Tarbatensis cum... fratribus ordinis de Velyn, Witsten ac Lealis..., eciam vasallis regis Dacie, magistro Ottone circa Dunam contra Letwinos preliante, ...occurrerunt«.

H e r m. d e W a r t b e r g e 46

Cf. N o w h. 1 III 59—60.

474 *1268.*

Dowmont (Domantъ) cum Pscovensibus »ide na Wirujany... i powoewa pomorьe«.

P s k o w s k. 1 IV 181—182.

N o w h. 4 IV (1) 238. N o w h. 5 IV (2) 227. S o f. 1 V 195. W o s k r. VII 168. P a t r. X 147. L ь w o w s k. XX 166. E r m o l. XXIII 87. T i p o h r. XXIV 100 s. a. 1266.

475 1268 *Aprilis* 5.

Albertus, archiepiscopus Rigensis, Nicolao Suxe, nobili de Lithuania (Lettowia), fundos in provincia Nalsen nuncupata sitos, quos ille ecclesiae Rigensi donavit, possidendos tradit.

Urkunden des Rigaschen Capitel-Archives in der Czartorysk. Bibliothek zu Krakau. Mitteil. d. Geschichte Liv. Est. Curlands. Bd. 13. 1886. p. 17—18.

476 *Littera falsa.*
*Cracoviae* 1268 *Maii* 5.

Consules urbis Cracoviae declarant se »Joannem filium Sulni Sulninisem, Catholicum Nacione Littuanum de Provincia Auxestecia in Littuania« Romam ad visitanda sacra loca libere et secure transire pati.

Narbutt T. Dzieje narodu litewskiego. IV 1838 Dod. IX p. 36—37.

477 *in Porta* 1268 *Septembris* 3 *et* 8.

Christianus, Lithuaniae (Leutowiensis) episcopus, in Porta moratur.

Grünhagen C. Regesten zur schlesischen Geschichte II N 1312 p. 172: Septembris 3. Bunge III Reg. N 465a p. 25—26: Septembris 8 (Tibus Geschichtliche Nachrichten p. 15: Thuringia sacra: Justini Pertuchii Chronicon Portense. Cap. IV p. 896—897).

478 1268.

Ipat. II 864 vide s. a. 1265; 864 — s. a. 1265/1266; 867 — s. a. 1267; 868—s. a. 1267/1268; 868/869—s. a. 1267/1269; 869—s. a. 1269. Kron. Godysława Paska MPH II 593 vide s. a. 1257. Nowh. 1 III 59, Sof. 1 V 193, Woskr. VII 167, Lьwowsk. XX 166, Ermol. XXIII 87 vide s. a. 1267. Hust. II 344 vide s. a. 1273 et 1274.



479 1269 *Septembris* 2.

»Audientes Lithuani inter Zemomislaum Cuyaviae Ducem et milites suos seminarium discordiarum irrepsisse, Iaczwingis, caeterisque barbaris accersitis, terram Cuyaviae... invadunt et pluribus spoliis commissis, rapta praeda hominum et quadrupedum, illam... in Lithuaniam deducunt«.

Długosz II 411.

480 1268 (*circa* 1269).

Swarno, dux Lithuaniae, obit.

Ipat. II 869.

Hust. II 344 s. a. 1267.

481 (*circa* 1269).

»D. Vitus episcopus Lithiviensis alias Lithuaniae frater ordinis hic sepultus«...

Nekrolog Dominik. Krak. Zeissberg Kleinere Geschichtsquellen Polens im Mittelalter 150.

482 (*post a.* 1269).

Vitus, Lithuaniae (Lubuzanus, Lubozanus, Lumbuzanus) episcopus, a posteris sicut sanctus colebatur.

De vita et miraculis s. Iacchonis MPH IV 888—889.

483 1270 (1269/71—1280/82).

In Lithuania (w Litwě) Troyden (Troidei), homo crudelis ac detestatus, imperio potitur, quod 12 annos obtinet.

Ipat. II 869.

484 1270 (1269/1271—1280/1282).

Cum Troyden (Troidei) regnaret, mortui sunt eius fratres »Borza, Sourьpoutii, Lěsii, Swelkenii«, christiani omnes, homines boni et probi.

Ipat. II 869.

485 *(1270) hieme.*

Lithuani (Lettowen) crudeliter Osiliam despoliant. Hostibus praeda onustis magister ord. Livon. cum exercitu occurrit. In glacie maris pugna cruenta cum magna christianorum strage committitur. Otto Livoniae magister multique fratres in pugna concidunt.

Alnp. 178—182.

Ann. Dunam. reconstr., Höhlbaum Beiträge 40—41: 1270 Februarii 16. »Dimicatum est contra Letwinos in glacie apud Osiliam«. Herm. de Wartberge 47: Februarii 16. »Fuit... Otto magister occisus a Letwinis in Maritima circa Karuszen in glacie«...

486 *(1270).*

Andreas vicemagister in pugna cum Lithuanis (Lettowen), qui fines ordinis adorti sunt, commissa interficitur.

Alnp. 182—183.

Herm. de Wartberge 47 s. a. 1270: »Post conflictum (cum Lithuanis) tenuit quidam frater Andreas vices magistri Livonie. Hic eciam in eodem anno fuit in conflictu contra Letwinos occisus cum 20 fratribus«.

487 *1270.*

Ipat. II 869 vide s. a. 1269/1271 — 1280/1282. Woskr. VII 236 vide s. a. 1272.

488 *(ante 3 XII 1271[1]) Februarii 9.*

Christianus, Lithuaniae (Lutwinensis) episcopus, obit.

Necrolog. B. M. V. Koch F. Die Erfurter Weihbischöfe. Zeitschr. d. Vereins für türingische Geschichte u. Altertumskunde. VI 1865 p. 65.

[1]) Wilmans R. Westphälisches Urkundenbuch I N 907 p. 473: ...»episcopo Christiano bone memorie ad tempus tantum vite ipsius... Quam ob rem mortuo dicto episcopo«... 1271 Dec. 3.



489 *1258 (post 9 II 1271 ?) Augusti 9.*

Johannes, Lithuaniae (Lettoviensis) episcopus, quasdam indulgentias capellae (dom. infirmorum) in Halberstadt concedit.

Schmidt G. Urkundenbuch der Stadt Halberstadt. (Geschichtsquellen der Provinz Sachsen VII) I 1878 N 105 p. 96.

490 *1271 Aprilis 23 (?).*

Dowmont (Domontъ) cum Pscovensibus Theutonicos ad flumen Miropowna vincit.

Pskowsk. 1 IV 182.

Nowh. 4 IV (1) 241. Nowh. 5 IV (2) 229. Sof. 1 V 197. Woskr. VII 171, 236. Lъwowsk. XX 167. Ermol. XXIII 89. Tipohr. XXIV 101. Pskowsk. 2 V 7 s. a. 1266. Pskowsk. 2 V 10 s. a. 1267.

491 *1271.*

Patr. X 150—151 vide s. a. 1272. Bunge I N 543 p. 677 vide s. a. 1291.

492 *1272 Iunii 8.*

Dowmont (Domontъ) Theutonicos, qui Pskow aggressi sunt, pellit et vincit Rigenses.

Pskowsk. 1 IV 182.

Nowh. 4 IV (1) 241. Nowh. 5 IV (2) 230. Sof. 1 V 198. Woskr. VII 171 (236 s. a. 1270). Lъwowsk. XX 167. Ermol. XXIII 89. Tipohr. XXIV 101. Patr. X 150—151 s. a. 1271. Pskowsk. 2 V 7, 10 s. a. 1267 (?).

493 *1272.*

Dowmont (Domantъ) cum Pscovensibus »sela Czjudskaa« vastat.

Woskr. VII 172.

Nowh. 4 IV (1) 242. Nowh. 5 IV (2) 230. Pskowsk. 1 IV 183. Pskowsk. 2 V 7. Sof. 1 V 198. Lъwowsk. XX 167. Ermol. XXIII 89. Patr. X 151 s. a. 1271.

494 (circa 1272 — 1273).

Scumandus capitaneus cum exercitu Sudowitarum et Ruthenorum terram Colmensem novem diebus rapina et incendio vexat. Civitatem Colmensem capere non potest, tamen castra »Hemsot« et »Cippel« comburuntur.

Dusb. 128.

Jeroschin 475 — 476.

495 (1273).

In proeliis fratrum ord. Livon. cum Lithuanis (Lettowen) consertis christianus Suxe Lithuanus, qui Lithuaniam saepe cum fratribus ordinis invaserat, occidit.

Alnp. 185 — 186.

496 (1273) aestate.

Lithuani (lettowen) fines ord. Livon. invadunt. Ad flumen Dubenam res ad certamen cum christianis venit, quod calamitate et fuga Lithuanorum finitur.

Alnp. 186—187.

497 1273.

...«Lithwani miserabiliter devastaverunt terram Lublinensem... Item venit vox ad Paulum episcopum Cracoviensem dicens: Ve tibi, episcope Paule, melius tibi fuisset, si natus non fuisses... Imponebatur enim eidem, quod ipso procurante fuisset facta strages supradicta in Lublin«.

Roczn. Traski. MPH II 842.

Roczn. Małop. MPH III 174. Długosz II 429: Iulii 1.

498 *in Heitersheim 1273 Augusti 24.*

Iohannes, Lithuaniae episcopus, in Heitersheim moratur.

Script. rer. pruss. II 139.



499 *(1273) Decembris 15.*

(Bruno), episcopus Olomucensis, Lithuanos et Pruthenos saepe Poloniam vastavisse papae nuntiat.

Seraphim N 315 p. 214—215.

500 (1273).

»Sudowite... improvise obsederunt castrum Barthenstein, quod... destruxerunt, captis et occisis omnibus eciam in cinerem redegerunt«.

Dusb. 131.

Jeroschin 480.

501 1273.

»Lithuanis terrae Lublinensis vastationi intendentibus, Lestko et Cunradus Cuyaviae et Masoviae Duces, terras Polesitarum et Pruthenorum forti potentia ingressi, ipsas igne, spoliis et caedibus populantur«...

Długosz II 430.

502 1273.

Wolodimir Boleslao (Cracoviensi) duci, exercitum auxilio mittit, ipse tamen non proficiscitur, quia contra Jaczwingos (so Jatwjazi) bellum ei gerendum est.

Ipat. II 870.

503 *1273 (1273—1274) hieme.*

Leo, Mstislaus et Wolodimir principes copias suas cum ducibus adversus Jaczwingos (na Jatwjazi) mittunt. Rutheni »wzjasza Zlinou« et terram hostium vastant. Jaczwingi bellum cum Ruthenis suscipere non audent. Rutheni bello confecto domum revertuntur.

Ipat. II 870.

Hust. II 344 s. a. 1268.

504 1273.

Ipat. II 870—871 vide s. a. 1274. Hust. II 344 vide s. a. 1274; 344—345 vide s. a. 1275.

505 *1274 (ante 1274).*

Wasilko tres fratres Troydeni (Troidenenewi), Lithuaniae ducis, necavit.

Ipat. II 871.

506 *1274 (ante 1274).*

Troyden (Troidenewi), Lithuaniae (w Litowьskoi zemlě) rex, in magna amicitia cum Leone, Danielis filio, est.

Ipat. II 871.

507 *(1274).*

...»Sudowite, Nadrowite et Scalowite... castrum Beseledam, situm in silva dicta Kertene juxta Barthenstein, obsederunt, fortissime impugnantes;... castrenses... exierunt ad bellum, et de exercitu infidelium ultra duo milia occiderunt«.

Dusb. 131.

Jeroschin 480.

508 *1273 (1274).*

Jaczwingorum (Jatwjažьscii) principes »Mintelja, Szjurpa, Mouděiko, Pestilo« ad Leonem, Wolodimirum et Mstislaum veniunt pacem postulatum. Qua re impetrata magna cum laetitia patriam revertuntur.

Ipat. II 870—871.

Hust. II 344 s. a. 1268.

509 *1274 »lěto cělo«.*

Troyden (Troidenenewi) bellum cum Wolodimiro gerit.

Ipat. II 871.

Hust. II 344 s. a. 1273.

510 *1274.*

...»magister et fratres (ord. Theut.)... contra gentem Nadrowitarum arma bellica paraverunt. Postquam igitur Tirsko pater Maudelonis castellanus de Wilow... se cum omnibus sibi adherentibus fidei et fratribus subdidisset, plures de Nadrowia viri potentes et nobiles venerunt ad fratres successivis temporibus cum omni familia sua«...

Dusb. 131.

Jeroschin 486.



511 *(1274).*

»Frater Conradus de Tirbergk magister... misit fratrem Theodoricum advocatum terre Sambiensis et exercitum... ad... terram Nadrowie. Qui ingressi territorium Rethowi rapina et incendio vastaverunt«...

Dusb. 131—132.

Jeroschin 486—487.

512 *(circa 1274).*

...»frater Theodoricus advocatus..., assumptis sibi pluribus fratribus..., venit ad territorium Nadrowie, dictum Catthow...; (christiani) aggressi sunt ad impugnandum castrum Otholichiam. Sed... castrenses... non poterant diu resistere..., fratres violenter intraverunt«...

Dusb. 132.

Jeroschin 487.

513 *1274 (1274—1275).*

Leo, dux Russiae, a Mengu Temiro auxilium contra Lithuanos (na Litwou) petit.

Ipat. II 871—872.

514 *(1274 — 1276).*

Sudowitae saepe terram Colmensem molestaverunt et magna strage christianorum facta terraque incendio et rapina vastata cum magna praeda recesserunt.

Dusb. 137.

Jeroschin 494—495.

515 *1274.*

Ipat. II 871—874 vide s. a. 1275.

516 *1274 (1275 Aprili).*

Troyden (Troidenii) amicitiam cum Leone dissociat; copias suas a Grodno Tridonis (Tridъ) ductu in Drohiczin mittit. Nocte oppidum captum est et oppidani trucidati (14 IV).

Ipat. II 871.

517 *in Seligenstadt 1275 Aprilis 15.*

»Ioannes, episcopus Hettoviensis,... Wernheri, Archiepiscopi Maguntini, in Pontificalibus Vicarius generalis,... consecravit in monasterio Seligenstadt altare B. M. V. a sinistris templi«...

Ioannes G. Rerum Moguntiarum t. II, 422.

518 *1275 Iunii 19.*

Iohannes, Lithuaniae (Lettoviensis) episcopus, quasdam indulgentias monasterio in Frankenberg concedit.

Script. rer. pruss. II 802.

519 *1275 Iulii 21.*

Iohannes, Lithuaniae (Lettoviensis) episcopus, quasdam indulgentias monasterio in Keppel concedit.

Script. rer. pruss. II 802.

520 *(1275).*

»Deinde magister cum magno exercitu pertransiit terram Nadrowie cum incendio et rapina, et castrum Cameniswikam, situm supra fluvium Arse,... penitus crema(vit)«.

Dusb. 132.

Jeroschin 487—488.

521 *1274 (1275).*

Mengu Temir, Tartarorum imperator, copias suas contra Lithuaniam (na Litwou) mittit. Cuius expeditionis participes fiunt multi principes Ruthenorum etiam trans Dniepr regnantes. Leo, Mstislaus



et Wolodimir cum ducibus de Pinsk et Turow ad Sluck via Turowiensi proficiscuntur. Haud procul a Sluck copias suas cum Tartaris iungunt et ad loca Nowogrodek circumiacentia tendunt. In itinere flumen Syrwjacz (Syrьwjaczě) transeunt et ad Nowogrodek veniunt. Mstislaus autem ab Kopyl iter faciens »po Polěsьju« vastabat. Tartari ad Nowogrodek adeunt ibique adventum Romani, ducis de Briansk, atque aliorum ducum, qui lente adveniebant, exspectant. Leonis hortatu castrum Novogrodense capiunt. Principes Ruthenorum ea re confecta contra Lithuaniam porro iter facere nolunt et ad sedes suas revertuntur.

Ipat. II 871—874.

Woskr. VII 172. Patr. X 152. Twersk. XV 405. Simeon. XVIII 74. Hust. II 344—345 s. a. 1273.

522 *(circa 1275).*

»Multa bella contra... terram Nadrowie gesta sunt gloriose, que non sunt scripta in hoc libro... Unde Nadrowite... deposita omni ferocitate se fidei et fratribus subdiderunt preter paucos, qui terram Lethowie intraverunt«...

Dusb. 132.

Jeroschin 488.

523 *(circa 1275).*

»Expugnatis... Nadrowitis, fratres contra Scalowitas pugnandi acies direxerunt...; et nota, quod aliqua, que sequuntur, gesta fuerunt infra bellum Nadrowitarum, quia navigio poterat haberi aditus ad Scalowitas, quem Nadrowite commorantes longe a fluvio Memele non poterant prohibere«.

Dusb. 133.

Jeroschin 488.

524 *(circa 1275).*

»Frater Theodoricus advocatus Sambiensis... ducens secum plures fratres et mille viros... venit navigio ad terram Scalowitarum, que sita est in utroque littore Memele, et accedens improvise ad castrum situm tunc in eo loco, ubi nunc est castrum Raganita, incepit ipsum

impugnare... (Christiani) castrum et suburbium ejus et alia edificia, que in vicino fuerant, combusserunt«.

Dusb. 133.

Jeroschin 489.

525 *(circa 1275).*

...»frater Theodoricus... cum exercitu suo ad littus Memele oppositum accedens, castrum Ramige (in terra Scalowitarum)... impugnavit et licet in dicta impugnacione aliqui de suis vulnerati fuerant et occisi«...

Dusb. 134.

Jeroschin 489—490.

526 *(circa 1275).*

»Dowmontowъ pisecь« foedus inter »Tĕszata« et »Jakymъ« ictum scribit.

Bunge VI N 3045 p. 446.

527 *(1275—1276).*

Archiepiscopus Rigensis et magister ord. Livon. cum rege Troydeno (regem Lettowie dictum Traydene) pacem faciunt.

Hansisches Urkundenbuch I N 1015 p. 350—351.

Cf. s. a. 1287 Febr. 5.

528 *(1275—1276).*

...»Scalowitarum... seniores... ordinaverunt 400 viros preelectos ad bellum, qui navigio venientes ad castrum fratrum Labegowe improvise in ortu diei..., ipsum expugnaverunt«...

Dusb. 134.

Jeroschin 490.

529 *(1275—1276).*

...»fratres (ord. Theut.)... terram Scalowie... per incendium et rapinam pertransierunt a fine usque ad finem, in illa parte, que tangit terram Prussie, factaque strage magna hominum, mulieres et parvulos vinctos deduxerunt... Stinegota, capitaneus Scalowitarum«, a christianis victus est.

Dusb. 134.

Jeroschin 490.



530 *1276 Maii 30.*

...»ego Hartmudus miles aream meam cum domo lapidea... vendidi domino Johanni episcopo Lotoviensi et fratribus domus Theot. in Sassenhusen«...

Böhmer J. F. Urkundenbuch der Reichsstadt Frankfurt. I 1901 N 366 p. 178.

531 *1276.*

Troyden (ko Troidenewi) Pruthenos, qui a cruciferis perterriti fugae se mandaverunt, in terras suas accipit et alios in Grodno collocat, aliis autem in Slonim sedem dat.

Ipat. II 874.

532 *1276.*

Wolodimir cum aliis principibus Ruthenorum exercitus contra Slonim mittunt et Pruthenos ibi habitantes comprehendunt.

Ipat. II 874.

533 *1276.*

Troyden (Troidenii) fratrem suum »Sirpoutьja« cum copiis mittit; is loca »Kamene« circumiacentia vastat.

Ipat. II 874.

534 *1276.*

Wolodimiri principis copiae oppidum »Touriisk«, quod est ad fluvium Niemen (na Nemnĕ), expugnant et vicos eius regionis devastant.

Ipat. II 874.

535 *1276.*

Johannes, Lithuaniae (Lettoviensis) episcopus, quasdam indulgentias monasterio in Volkerode concedit.

Schoettgen et Kreysig Diplomataria et Scriptores Germanici medii aevi I 768.

Cf. Koch F. Die Erfurter Weihbischöfe. Zeitschr d. Vereins für türingische Geschichte VI 1865 p. 65.

536 *(1276).*

»Fuit quidam vir potens, cui nomen Sarecka Scalowita, castellanus in castro Sarecka..., de illa parte Scalowie, que tangit terram Lethowie«. Qui simulans se ad fidem christianam converti velle, commendatorem de Memelburg petivit, ut ad se cum armigeris veniret. Fratres ordinis edocti sibi insidias parari, exercitum Scalowitarum aggressi sunt et pepulerunt, ipse autem Sarecka a christianis captus mortuus est.

Dusb. 134—135.

Jeroschin 490—492.

537 *(1276).*

...»(Fratres ord. Theut.) circa castrum Scalowitarum Sassowiam convenerunt, et ad impugnacionem ejus viriliter accedentes, ipsum post longam altercacionem potenter expugnaverunt, et partim captis hostibus, aliis gladio trucidatis, in cinerem redegerunt«.

Dusb. 135.

Jeroschin 492.

538 *(post 1276).*

»Multa bella alia sunt gesta per fratres contra Scalowitas, que tediosum esset scribere;... pociores terre hujus domini scilicet Surbancz, Swisdeta et Surdeta... ad Cristianos... successive cum omni domo et familia sua secesserunt. Communis... populus... subjecit eciam se fidei cristiane. Sicque terra illa fuit sine habitatore multis annis«.

Dusb. 135.

Jeroschin 492.



539 *1276 (1276—1277)*

Troydeno (Troidenii) cum Wolodimiro, Wasilkonis filio, amicitia est.

Ipat. II 875.

540 *1276.*

Hust. II 345 vide s. a. 1265—1266.

541 *(1277) »tempore autumni«.*

...»fratres... armata manu intraverunt... terram Pogesanie, et... captis et occisis omnibus preter paucos, qui cum familia sua versus Lethowiam ad territorium castri Garthe secesserunt, ipsam in solitudinem redegerunt«.

Dusb. 136.

Jeroschin 494.

542 *1277 circa Octobris 18.*

...»Litwani Lanciciam crudelissime devastaverunt abducentes secum in captivitatem preter eos qui occisi sunt quadraginta milia hominum utriusque sexus«.

Roczn. Traski. MPH II 843.

Roczn. Małop. MPH III 176. Długosz II 443: Octobris 18. Cf. Dusb. 137.

543 *(1277) octobri — (novembri).*

»Scumandus capitaneus Sudowitarum cum 4000 gentis sue et virtute exercitus Lethowinorum potenter intraverunt terram Colmensem (21 X)«... Multa castra scilicet Plowist, Redinum, Welsais, Turnitz, Clementis, Grudentz, Santirium, Cristburg aliaque invasores expugnabant aut expugnaverunt. Cum magna praeda domum redierunt.

Dusb. 137.

Can. Samb. I 282. Jeroschin 495—496. Cf. MPH II 843, III 176.

544 *1277.*

»Narimontъ« cum fratribus terram Masoviae populatur.

Hust. II 345.

545 *1277 (1277—1278) hieme.*

Crebrioribus querimoniis de Lithuanorum (na Litwou) iniuriis acceptis mittit Nogai Tartaros auxilio ducibus Ruthenorum Leoni, Mstislao et Wolodimiro. Prima hieme duces Ruthenorum contra Lithuaniam proficiscuntur. Cum ad Brest pervenissent, certiores facti sunt Nowogrodek a Tartaris vastatum esse; itaque iter ad Grodno flectunt via quae ad Wolkowysk ducit. In loca Grodno circumiacentia Ruthenorum copiae magnam cladem accipiunt, cum praeter opinionem Prutheni et Barthi (Bortewe) eos adgressi sint. Duces Mstislaus, Wolodimir et Georgius frustra Grodno expugnare conantur; qua re infecta in terras suas revertuntur.

Ipat. II 876—878.

Hust. II 345 s. a. 1274.

546 *(1277—1278).*

»Expugnatis... cunctis gentibus terre Prussie, restabat adhuc una et ultima, scilicet Sudowitarum, et potencior inter omnes quam fratres... viriliter sunt aggressi«...

Dusb. 137—138.

Jeroschin 496—497.

547 *1277.*

Bunge I N 452 p. 566—568 vide s. a. 1278.

548 *(1278).*

»Frater Conradus de Tirbergk magister et plures fratres... intraverunt terram Sudowie et territorium, quod dicitur Kymenow, depopulati sunt... Sequenti die dum exercitus fratrum redeundo venisset ad silvam, que dicitur Winse, Sudowite... secuti sunt eos, quos fratres cum suis viriliter invadentes..., usque ad terre ipsorum introitum fugaverunt«.

Dusb. 138.

Jeroschin 497.

549 *(1278).*

Archiepiscopus Rigensis una cum episcopis Livoniae et magistro ord. Theut. omnes mercatores, qui ad mercatum in Rutheniam proficiscuntur, periculi admonet, ne a Lithuanis (Littwini) in ascensu Dunae opprimantur.

Bunge I N 452 p. 566—568 s. a. 1277.
(Hans. UB. I N 816 p. 282).

550 *in Arendsee (Arnesse) 1278 Iulii 8.*

Iohannes, Lithuaniae (lethoniensis) episcopus, quasdam indulgentias monasterio in Arendsee concedit.

Riedel Cod. Brand. I 22 N 13 p. 9.

551 *(1278).*

...»Lethowinorum exercitus validus intravit Poloniam et vastatis Briscensi, Luncensi et Dobrinensi confiniis per incendium et rapinam, tantam stragem fecit in populo cristiano occidendo et captivando, quod numerum eorum nemo potuit veraciter estimare«[1].

Dusb. 138.

Jeroschin 497. Cf. Długosz II 449, MPH II 843 s. a. 1277.

552 *1278.*

Sudowitae (Sandowitae) cum Scomando loca oppido Kowal in terra Cuiaviensi sito circumiacentia vastant.

Długosz II 449.

Cf. Dusb. 137—138, MPH II 843 s. a. 1277.

[1]) Theiner I N 161 p. 86—87: 1279 Decembris 23. Pagani nuper Poloniam invaserunt vastaveruntque et multos homines interfecerunt.

553 *1278.*

Troyden (Troideni) copias suas ductu fratris »Sirpoutьja« una cum Jaczwingis (Jatwjazi) contra Poloniam mittit. Invasores tres dies continuos loca Lublin circumiacentia populantur et magna cum praeda in patriam revertuntur.

Ipat. II 878.

Hust. II 346 s. a. 1281. Cf. MPH III 76, 308.

554 *1278.*

...»dux Lesthko congrediens cum Lithwanis devicit eos in Rowne, seu in districtu Lucoviensi eos investigando et spolia ab eisdem cum captis Christianis rehabuit«.

Rocz. Świętokrzyski MPH III 76.

Zdarzenia godne pamięci MPH III 308. Cf. Ipat. II 878.

555 *(1278—1279).*

»Frater Conradus magister..., congregata magna potencia,... intravit Sudowie territorium dictum Meruniskam... et occidit dominos hujus territorii famosos 18«.

Dusb. 139.

Jeroschin 498.

556 *(circa 1278).*

»Mira et insolita gesta sunt per latrunculos cristianos, scilicet per Martinum de Golin... et Kudare de Sudowia et Nakam de Pogesania et plures alios... Iste Martinus cum 4 viris Theutonicis et 11 Pruthenis quandam villam in terra Sudowie expugnavit, captis hominibus et occisis«. Sudowitae iniurias suas ulti sunt.

Dusb. 139.

Jeroschin 498—499.

557 *(circa 1278).*

...»Martinus (de Golin) et pauci alii iterum intraverunt terre Sudowie quandam villam, et in crepusculo cum aliqui essent in balneo,



alii in cena, reliqui in diversis officiis, invaserunt eos, et occiderunt eos omnes«.

Dusb. 140.

Jeroschin 499—500.

558 *(circa 1278).*

Sudowitae Natangiam intrant populanturque. Fratres ordinis hostes cum praeda redeuntes invadunt multosque occidunt.

Dusb. 140.

Jeroschin 500.

559 *1278.*

Alnpeke 190—195 vide s. a. 1279.

560 *(ante 1279).*

Troydenus (Thoreiden) cum Lithuanis (Lettowen) frustra Dünaburg (Duneburc) obsidet.

Alnp. 188—190.

561 *1278 (1279) Martii.*

Livoniae magister cum suis fratribus adversus Kernow (Kernowen) proficiscitur; fines Troydeni (Thoreiden) pervastantur. Lithuani (Lettowen) in christianos revertentes impetum repentinum faciunt et eis cladem ingentem inferunt (zu mittevaste).

Alnp. 190—195.

Ann. Dunam. reconstr. Höhlbaum Beiträge 40—41: 1279 Martii 5 »Dimicatum est in Littovia, ubi occubuit magister Ernestus et dominus Eilardus capitaneus Revaliensis et alii quam plures christiani«. Herm. de Wartberge 48—49: »Ernestus... fecit... magnam expeditionem in terram Letwinorum versus Kernowe; quem prope Asscherad insecuti Letwini... a. 1278 occiderunt«.

562 *apud Vivarium 1279 Aprilis 21.*

W(ernerus), Moguntiae archiepiscopus, Johanni, Lithuaniae (Littowiensis) episcopo, mandat, ut duo altaria in ecclesia Fratrum Predicatorum Frankenfordensium consecret.

Böhmer J. F. Urkundenbuch der Reichsstadt Frankfurt I 1901 N 411 p. 200.

563 *1279.*

Fames in terra Lithuanorum et Jaczwingorum (w Litwě i wъ Jatwjazechъ).

Ipat. II 879.

564 *1279.*

Jaczwingi (Jatwjazě) ad Wolodimirum ducem legatos miserunt, qui orarent, ut sibi frumentum venderet; se pecuniam ei liberaliter pensuros esse.

Ipat. II·879.

565 *1279.*

Wolodimir dux Jaczwingis (Jatwjazь) frumentum a Brest mittit. Id ratibus flumine Bug et Narew vehitur. Apud Pultusk oppidum de improviso Poloni expeditionem adgrediuntur at frumentum Jaczwingis destinatum capiunt.

Ipat. II 879.

566 *1279.*

Tartari cum Ruthenorum ducibus Lithuaniam (wъ Litwu) invadunt et cum magna praeda revertuntur.

Patr. X 157.

Cf. Ipat. II 876—878 s. a. 1277, Patr. X 161, 168 etc.

567 *1279.*

Cruciferis contra Lithuanos (Lithwanos) pugnantibus duo fratres eius ordinis in servitutem a Lithuanis abducuntur. Pagani in arbore eos pendent et ignem accendunt, ut captivos urant. Tum autem miraculum fit, quia ignotae umbrae pulchritudinis mirae ambos cruciferos in coelum rapiunt.

Roczn. Traski. MPH II 845.

Roczn. Małopolski MPH III 179.



568 *1279.*

»Masoviae Dux Boleslaus, filius Semoviti, accepit in uxorem de Lithuania virginem Sophiam filiam Ducis Lithuaniae Troydeni, et nuptiarum solennitatem in Ploczensi civitate agit«.

Długosz II 453.

569 *(1279—1280).*

»Conradus de Tirbergk junior marscalcus terre Prussie, congregata omni potencia exercitus sui, intravit terre Sudowie territorium dictum Pokimam et facta destructione magna per incendium et rapinam...,dum rediret, transiit cum exercitu suo... glaciem illius stagni, quod dicitur Nogothin«.

Dusb. 140.

Jeroschin 500—501: Newotîn.

570 *(circa 1279).*

Pars fratrum ord. Livon. in Lithuaniam (Lettowen) mittuntur.

Alnp. 201.

571 *(circa 1279).*

Facta rei militaris Johannis von Ochtenhusen ordinis fratris inter gentes multas praecipue inter Lithuanos (Lettowen) nota et celebria sunt.

Alnp. 205.

572 *(ante 1280).*

Nobilis quidam Sudowita nomine Russigenus cum magno exercitu Poloniam invasit. Quamquam paganus erat, tamen B. V. M. imaginem a militibus suis violari passus non est.

Dusb. 141.

Jeroschin 503.

573 *1280 Februario.*

...»venit Leo dux Rusie cum exercitu copioso Thartarorum et Lithwanorum et Ruthenorum volens possidere ducatum Cracoviae et Sandomiriae. Cui occurrerunt Cracovienses et Sandomirite... (23 II) circa Goslicz... et prostraverunt Thartarorum, Lithwanorum, Ruthenorum admirabilem multitudinem«...

Rocz n. Traski MPH II 847.

Ipat. II 882: Ruthenorum contra Poloniam expeditioni »Selezenca« (Jaczwingi) intersunt. Rocz n. Franciszk. Krak. MPH III 50. Rocz n. Małop. MPH III 81. Długosz II 455: 3 II. Cf. KDMP II N 490 p. 149.

574 *in Nürnberg 1280 Iunii 5.*

Iohannes, Lithuaniae episcopus, in Nürnberg moratur.

Script. rer. pruss. II 802.

575 *(1280).*

Frater Gerhard de Katzenellenbogen in servitutem capitur, ad regem Troydenum in Lithuaniam mittitur (kunic Thoreiden gesant, der hêrre in Lettowen was genant). Ibique moritur.

Alnp. 215.

576 *in Czechow 1280 Octobris 31.*

Lestco, dux Cracoviae, Sandomiriae et Siradiae, Lithuanos »paulo ante« terras suas magna populatione vexasse confirmat.

KDMP II N 490 p. 149.

Cf. MPH II 847 et Ipat. II 882.

577 *in Czechow 1280 Octobris 31.*

Lestco, dux Cracoviae, confirmat suos barones fines terrae custodisse, ne Lithuani vel Prutheni, quorum incursio subita timebatur, terram (Poloniae) quoquomodo invaderent.

KDMP II N 490 p. 149.



578 *(1280).*

Lithuani (Lettowen) in regionem, quae Slackenkappen appellatur, impetum faciunt. Fratres ord. Livon. hostes in fugam coniciunt.

Alnp. 217.

579 *(1280).*

Sudowitae auxilio Lithuanorum (Lethowinorum) adiuncto Sambiam populantur. Eodem tempore Ulricus Bauwarus Sudowiam urit vastatque.

Dusb. 140—141..

Jeroschin 501 — 502.

580 *(circa 1280).*

...»frater Ulricus (Bauwarus) totus fuit magnanimus... Multa et infinita damna intulit Sudowitis... Sudowite tandem ipsum in bello vulnerantes 5 vulneribus occiderunt«.

Dusb. 141.

Jeroschin 502.

581 *(circa 1280).*

Quidam nobilis de Sudowia dictus Russigenus una cum tota familia sua ad commendatorem de Balga venit et ad fidem christianam est conversus.

Dusb. 141—142.

Jeroschin 502 — 503.

582 *1270 (1280—1282).*

Troydeni (Troidei), Lithuaniae regis, obitus.

Ipat. II 869.

583 *(1281) Februario.*

...»Frater Manegoldus magister... congregavit omnem virtutem exercitus sui et... intravit territorium Sudowie dictum Crasimam...

(2 II). Habitacionem... Scumandi, capitanei dicti territorii, redegit in favillam et... cum preda maxima est reversus«...

Dusb. 142.

Jeroschin 503—504.

584 in Königsberg 1281 Augusti 10.

Frater Mangoldus magister »Jandele Salwithe« (Sudowitae ?) et eius heredibus quasdam libertates concedit.

Seraphim N 390 p. 264.

585 Apud Urbem Veterem 1281 Augusti 30.

Iohannes, Lithuaniae (Lettomensis) episcopus, apud Urbem Veterem moratur.

Hodenberg W. Lüneburger Urkundenbuch I 1860 N 114 p. 86.

586 (1281) autumno.

Lithuani (Lettowen) regis Troydeni (Thoreide) Prussiam Nameise duce adgrediuntur.

Alnp. 221.

587 (circa 1281).

Frater Lodevicus de Libencele, qui Scumandi, Sudowitarum capitanei, captivus fuit, fugit et ad suos redit.

Dusb. 142.

Jeroschin 504—505.

588 (post 1281).

Scumandus, Sudowitarum capitaneus, incursionibus continentibus fratrum ordinis in Prussia vexatus, cum omni domo et familia sua fidei christianae se subicit.

Dusb. 143.

Jeroschin 505.



589 1281.

Patr. X 159, Ermol. XXIII 91 vide s. a. 1283. Hust. II 346 vide s. s. 1285.

590 in Friburg 1282 Ianuarii 8.

Johannes, Lithuaniae (Litoviensis) episcopus, quasdam indulgentias ecclesiae monasterii in Güntersthal concedit.

Ladewig P.-Müller Th. Regesta Episcoporum Constantiensium I 1895 N 2541 p. 291.

591 1282 Aprilis 5.

Johannes, Lithuaniae (Letthoviensis) episcopus, quasdam indulgentias monasterio Cisterciensium in Ebersegg concedit.

Ladewig P. - Müller Th. Regesta Episcoporum Constantiensium I 1895 N 2548 p. 292.

592 1282 Septembris 24 — Octobris 8.

»Jaczwingorum reliquiae, quae se Lithuanis iunxerant,... cum Lithuanorum copiis... in terram Lublinensem... perveniunt et illam... vastant... Et quindecim diebus in eius vastatione et praedatione demorati, praedam ingentem in Lithuaniam secum referebant«.

Długosz II 462.

Cf. MPH II 848, 848—849, Dusburg 138—139.

593 1282 Octobris 4.

...»intraverunt Lithwani... clandestine terram Sandomiriensem,... spoliantes et mactantes ministros Christi..., milites eorumque uxores cum pueris, cives cum uxoribus puerisque eorum, et villanos veluti pecore abducentes... Nullo autem resistente..., exiverunt«.

Roczn. Traski MPH II 848.

Roczn. Franciszk. Krak. MPH III 51. Długosz II 466—467. Cf. MPH II 848—849, Długosz 462, Dusb. 138—139.

594 *1282 Octobri.*

...»dux... Lestko... cum suis baronibus... eos (Lithuanos) atrocissime seseque mutuo exhortantes insecuti sunt, quod cognicientes pagani in densissimis silvis se receperunt. Christiani... fugam simulantes a presidio paganorum parum discesserunt, quod videntes Christi inimici omnes exiverunt de presidio, in quo se receperant, ...acies contra ducem Lestkonem... ordinaverunt... (Christiani) paganismum... vallaverunt et devicerunt«.

Roczn. Traski MPH II 848—849.

Roczn. Franciszk. Krak. MPH III 51. Długosz II 466—467.

595 *1282.*

»Lestko dux Cracoviensis, Sandomiriensis et Syradiensis persecutus est Iaczuizitas... et comprehendit eos ultra Narew. Quibus superatis reduxit totam predam quam ipsi de Lublin abduxerant«.

Roczn. Traski MPH II 848.

Roczn. Franciszk. Krak. MPH III 51. Roczn. Małop. MPH III 181—183. Roczn. Małop. MPH III s. a. 1320. Roczn. Małop. MPH III 180: »Dux Boleslaus Lithwanos predantes terram interfecit«. Długosz 462—464: »Lestko Niger... cum militibus... barbaros inter Narew et Nyemyen flumina consistentes... tredecima die mensis Octobris consequuntur«. Cf. MPH 848 — 849, Długosz 462, Dusb. 138—139.

596 *1282 Decembris 26.*

Johannes, Lithuaniae (Lathoviensis) episcopus, ecclesiam s. Trinitatis in Lippertsreuthe consecrat eique quasdam indulgentias concedit.

Ladewig P.-Müller Th. Regesta Episcoporum Constantiensium I 1895 N 2574 p. 295.

597 *(1282).*

Octingenti Lithuani (de Lethowia) Poloniam invadunt atque »Kersow« populantur. Cum praeda redeuntes Lestco, dux Cracoviensis, opprimit, praedam eripit cladem que magnam iis affert.

Dusb. 138—139.



Jeroschin 497—498. Cf. MPH II 848—849, Długosz 462.

598 *1282.*

Tartari Lithuaniam (Litwu) invadunt et cum magna praeda revertuntur.

Patr. X 161.

Cf. ibid. s. a. 1275, 1277, 1279, 1289.

599 *1282 (circa 1282).*

Rex Lithuaniae (Latvinorum) archiepiscopi Rigensis legatis nuntiat, se ad fidem christianam converti timet, ne eandem atque Semigalli fortunam per ordinem Theut. patiatur.

Bunge II N 638 p. 66.

600 *1282.*

Ipat. II 888—890 vide s. a. 1285—1286; 891 — s. a. 1286. Nowh. 1 III 64 vide s. a. 1283.

601 *1283 Ianuarii 10.*

Johannes, Lithuaniae episcopus, quasdam indulgentias ecclesiae s. Elisabeth in Marburg concedit.

Böhmer J.—Will. C. Regesten zur Geschichte der Mainzer Erzbischöfe II 1886 N 574 p. 418.

602 *1282 (1283) Ianuario.*

»izhoni Domontъ Ladohu izъ Koporia«.

Nowh. 1 III 64.

Nowh. 4 IV (1) 244. Nowh. 5 IV (2) 232. Sof. 1 V 200. Patr. X 159 s. a. 1281. Ermol. XXIII 91 s. a. 1281.

603 *1283.*

»Lestko in Rovne occidit multitudinem Lituanorum«.

Roczn. Krak. MPH II 849.

Rocznik Sędziwoja MPH 878. Rocznik krótk. dopełn. Ibid. 815. Katal. bisk. krak. MPH III 364. Hust. II 346. Długosz II 466—467.

604 1283 *»tempore hyemali«.*

...»octingenti viri de Lethowia equites... per Neriam Curoniensem intraverunt Sambiensem terram et duo territoria ejus scilicet Abendam et Pubetam per incendium et rapinam vexaverunt«...

Dusb. 144.

Jeroschin 508.

605 *(1283).*

Fratres ordinis Theut. in Prussia Sudowiae territorium, quod Silia (Siliam) dicitur, intrant. Cuius territorii aedificia omnia incendio delent, capitaneum Wadole nomine occidunt. Frater Lodevicus de Libencele, qui aliquotiens ab hostibus captus fugit, rursus capitur et nobili Cantegerde nomine in custodiam traditur.

Dusb. 143.

Jeroschin 505—506.

606 *in Morsach 1283 Junii 25.*

Johannes, Lithuaniae (Lettov.) episcopus, ecclesiam in Morsach consecrat eique quasdam indulgentias concedit.

Ladewig P.-Müller Th. Regesta Episcoporum Constantiensium. I 1895 N 2584 p. 296.

607 *in Altdorf 1283 Iulii 27.*

Johannes, Lithuaniae (Lettoviensis) episcopus, quasdam indulgentias ecclesiae in Oberndorf concedit.

Ladewig P.-Müller Th. Regesta Episcoporum Constantiensium. I 1895 N 2586 p. 296.



608 *in Sulzberg 1283 Augusti 25.*

Johannes, Lithuaniae (Lettov.) episcopus, quasdam indulgentias monasterio in Sulzberg concedit.

Ladewig P.-Müller Th. Regesta Episcoporum Constantiensium. I 1895 N 2588 p. 296.

609 *1283 Octobris 2.*

Johannes, Lithuaniae (Lettov.) episcopus, quasdam indulgentias monasterio in Cappel concedit.

Ladewig P.-Müller Th. Regesta Episcoporum Constantiensium. I 1895 N 2593 p. 297.

610 *1283.*

Lithuani (Litwa) Theutonicorum terram populantur et cum magna praeda revertuntur.

Patr. X 161.

611 *(1283).*

»Frater Conradus magister... edificare fecit in... Neria super litus maris salsi castrum firmum, quod dicitur Nova domus, ne Lethowini terram Sambie intrent a modo improvise«.

Dusb. 144.

Jeroschin 508.

612 *(1283).*

...»Dum (magister Conradus) in via esset versus Sudowiam, occurrit ei frater Lodewicus de Libencele, ducens secum Cantegerdam, qui ipsum captivum detinuerat, et mille et sexcentos homines de Sudowia promiscui sexus, quos ...ad fidem convertit«...

Dusb. 145.

Jeroschin 508—509.

613 *(1283).*

Magister Conradus cum exersitu suo »territorium Sudowie dictum Kymenow« intrat et castrum eiusdem nominis obsidet. Oppidani castrum tradunt et fidem christianam se accepturos falso promittunt. Tum in terram Lithuaniae (Lethowie) clam fugiunt.

Dusb. 145.

Jeroschin 509.

614 *(1283).*

...»frater Fridericus, dictus Holle,... cum 100 viris equitibus de castro Brandenburgk processit contra Sudowiam, et dum accepto magno spolio in territorio Kirsuovie rediret, hostes sequentes, ipsum cum 30 viris interfecerunt«.

Dusb. 145.

Jeroschin 509—510.

615 *(circa 1283).*

»Multa et infinita sunt contra Sudowitas bella gesta, que causa brevitatis pertranseo«.

Dusb. 145.

Jeroschin 510.

616 *(1283).*

...»Jedetus..., capitaneus Sudowitarum de Kymenovia,... cum omni domo et familia sua... baptizatus est. Sed Scurdo capitaneus alterius partis Sudowie... cum suis hominibus versus terram Lethowie est profectus et sic terra Sudowie... remanet desolata«.

Dusb. 145—146.

Jeroschin 510.

617 *1283.*

Fratres ord. domus Theut. in Prussia »contra gentem... potentem et durissime cervicis exercitatamque in bello, que fuit vicinior terre Prussie, ultra flumen Memele in terra Lethowie habitans«, bellum inferunt.

Dusb. 146.

Jeroschin 514.



618 *(1283) »tempore hyemali«.*

»Frater Conradus de Tirbergk magister terre Prussie... et multi fratres cum magno exercitu... transierunt glaciem Memele, et intrantes terram Lethowie castrum dictum Bisenam... in cinerem redegerunt«.

Dusb. 147.

Jeroschin 515.

619 *in Rüti 1283.*

Johannes, Lithuaniae (Lothoviensis) episcopus, quasdam indulgentias monasterio in Rüti concedit.

Ladewig P.-Müller Th. Regesta Episcoporum Constantiensium. I 1895 N 2575 p. 295.

620 *(1283—1286).*

»Boleslaus (f. Semoviti) ...de Lithuana Gaudemunda, devotissima domina, genuit Troydenum et Semovitum».

Roczn. Franciszk. Krak. MPH III 47.

621 *(ante 1284).*

Scumandus Sudowita, cum paganus Poloniam invasit, imaginem B. V. M. a sociis suis violari passus non est.

Dusb. 147.

Jeroschin 517.

622 *1284 Martii 12.*

Iohannes, Lithuaniae (Lethoviensis) episcopus, quasdam indulgentias capellae (dom. infirmorum) in Freiburg concedit.

Schreiber H. Urkundenbuch d. Stadt Freiburg im Breisgau. I 1828 N 36 p. 100.

623 *apud Freiburg 1284 Maii 14.*

Johannes, Lithuaniae (Lettoviensis) episcopus, quasdam indulgentias ecclesiae fratrum Saccitarum in Freiburg concedit.

Ladewig P. - Müller Th. Regesta Episcoporum Constantiensium. I 1895 N 2600 p. 297.

624 *1284 »tempore estivo«.*

Magister Conradus validum exercitum congregat et cum Scumando ductore contra castrum Gartham procedit; pugnaque acri commissa et castro dicto expugnato, fratres cum praeda maxima redeunt.

Dusb. 147.

Jeroschin 515—516.

625 *in Breisach 1284 Augusti 28.*

Johannes, Lithuaniae (Lettoviensis) episcopus, in Breisach moratur.

Wiegand W. Urkundenbuch der Stadt Strassburg. II 1886 N 95 p. 61.

626 *1284 Septembris 1.*

Johannes, Lithuaniae (Lettov.) episcopus, quasdam indulgentias capellae (dom. infirmorum) in Freiburg concedit.

Ladewig P. - Müller Th. Regesta Episcoporum Constantiensium. I 1895 N 2609 p. 298.

627 *1284 Septembris 5.*

Johannes, Lithuaniae (Letovigensis) episcopus, quasdam indulgentias ecclesiae in Birndorf concedit.

Ladewig P. - Müller Th. Regesta Episcoporum Constantiensium. I 1895 N 2610 p. 298.



628 *1284.*

Lithuani Ruthenos, qui cum Masoviensibus bellum gerunt, adiuvant.

Hust. II 346.

629 *1284.*

Johannes, Lithuaniae (Letthoviensis) episcopus, quasdam indulgentias capellae (dom. infirmorum) in Biberach concedit.

Ladewig P. - Müller Th. Regesta Episcoporum Constantiensium. I 1895 N 2594 p. 297.

630 *(1284).*

Mors Scumandi Sudowitae.

Dusb. 147.

Jeroschin 517.

631 *(1284).*

...»Barthenses... cum Lethowinis congregato exercitu processerunt contra Poloniam, ubi preter alia mala, que fecerunt, magnam predam in hominibus et pecudibus deduxerunt«·

Dusb. 148.

Jeroschin 517.

632 *(1284).*

»Numo et Dersko«, duo Barthenses, popularibus in »territorio Garthe« habitantibus liberatis gratia fratrum ordinis conciliata Lithuanos (Lethowinos) invadunt praedamque eis eripiunt.

Dusb. 148.

Jeroschin 518.

633 *1282 (1285).*

Wolodimir, Wasilkonis filius, per legatum suum Lithuanos (Litwy) adhortatur, ut Poloniam invadant.

Ipat. II 888.

634 *1282 (1285).*

Duces Leo et Wolodimir diu in Brest Lithuanorum (Litwy) copias exspectant, quae eis contra Poloniam promissae erant.

Ipat II 889.

635 *1285 Martio.*

Lithuani (Litwa) episcopi de Twer possessionem »Olesznju« vastant. Tum exercitus Twerensis, Moscoviensis aliique se coniungunt, Lithuanis cladem gravem afferunt, ducem eorum »Domonta« interficiunt (24 III).

Lawr. I 483.

Woskr. VII 179. Simeon. XVIII 81. Lьwowsk. XX 170. Ermol. XXIII 93. Tipohr. XXIV 105. Patr. X 166 s. a. 1286. Awr. XVI 56 s. a. 1286.

636 *1282 (1285).*

Lithuanorum (Litwa) copiae ad Brest veniunt, quas Wolodimir in terras Lestconis (Nigri) mittit. Lithuani terras, quae non longe a Lublin sunt, populantur et magna cum praeda in patriam revertuntur.

Ipat. II 889—890.

Hust. II 346 s. a. 1281: Lithuani et Jaczwingi victi sunt.

637 *Balgae 1285 Aprilis 18.*

Frater Conradus, magister ordinis in Prussia, Sudowitis Scomando (Scumant) et filiis eius »Rukals, Gedetes, Galms« ac ipsorum heredibus »villam que vocatur Steynio... granicias dilatantes a predicta villa usque ad silvam, que est inter villam Drogowitegen nuncupatam, et iam prefatam villam, insuper pratum quoddam Penkoweo nominatum, quod eisdem bonis adiacet, item campum quendam parvum qui Labalaucs nomen habet« iure perpetuo possidendum tradit.

Seraphim N 464 p. 297—298.



638 *in Baindt 1285 Junii 12.*

Johannes, Lithuaniae (Lethoviensis) episcopus, quasdam indulgentias monasterio in Baindt concedit.

Ladewig P.-Müller Th. Regesta Episcoporum Constantiensium. I 1895 N 2629 p. 300.

639 *in Christburg 1285 Augusti 1 (?).*

Conradus de Thierberg, magister terrae Prussiae, Sudowitis Muntigin et Tholeike, Schare et Prodwele campum, Dymsteines nuncupatum, possidendum confert.

Seraphim N 471 p. 301.

640 *»Pazlucho«. 1285 Augusti 1 (?).*

Conradus de Thierberg, magister terrae Prussiae, Sudowitis Kantigirde eiusque filiis atque Zwinniennen eiusque fratri campum Powunden nuncupatum, possidendum confert.

Seraphim N 472 p. 302.

641 *in Colmar 1285.*

Johannes, Lithuaniae (Lethoviensis) episcopus, quasdam indulgentias ecclesiae Fratrum Minorum in Rotenburg concedit.

Ladewig P.-Müller Th. Regesta Episcoporum Constantiensium. I 1895 N 2618 p. 299.

642 *1285.*

Joannes, Lithuaniae (Lethoviensis) episcopus, quasdam indulgentias monasterio in Mariaberg concedit.

Ladewig P.-Müller Th. Regesta Episcoporum Constantiensium I. 1895 N 2619 p. 299.

643 *1285.*

»Lythwani bellabant in Iarzewo«.

Rocz n. Małopolski MPH III 169.

644 *1285.*

...»quidam Scalowita dictus Girdilo... jactavit se, quod grandia posset facere facta contra Lethowinos, si centum viros in armis haberet. Quos cum fratres ei ordinassent, exiit cum eis versus castrum Otekaym et... viri de dicto castro congregati irruerunt in eos improvise, et omnes preter paucos... occiderunt«.

Dusb. 148.

Jeroschin 518.

645 *1285 (1285—1286) »Toi że zimy«.*

Lithuani (Litwa) regionem ad flumen Lowat sitam populantur.

Nowh. 1 III 64.

Nowh. 4 IV (1) 246. Nowh. 5 IV (2) 233. Sof. 1 V 201. Awr. XVI 56.

646 *(ante 1286) hieme.*

Lithuani (Lettowen) fundos episcopi et ordinis Livon. atrociter terram ad Dunam sitam delentes, invadunt. Comtures Ascheraden et Kokenhusen habitantes Lithuanos gravi clade afficiunt. Inter occisos Lithuanos etiam Schoriat invenitur.

Alnp. 224—226.

647 *(1286) hieme.*

Samogiti (Sameiten) castrum Heiligenberg frustra oppugnant.

Alnp. 228—231.

648 *1282 (1286).*

Rutheni una cum Lithuanis (s Litwoju) via, quae ad Mielnik (w Mělnicě) ducit, contra Boleslaum, Masoviensem ducem, proficiscuntur et Sochaczew davastant. Georgius, quamquam primo tempore expeditioni interfuit, ex sententia patris Leonis cum Lithuanis non prificiscitur. Leo, Woiselci (Woiszelka) interfector, verebatur, ne Lithuani ulciscendi cupiditate adducti filium eius necarent.

Ipat. II 891

Długosz II 483 »Lithuani atque Rutheni... castrum Szochaczow conquirunt et castrum Ploczsko negligentius custoditum intercipiunt et exurunt«. Cf. MPH II 851, III 185, Długosz II 482.



649 *1286.*

»castrum a Ruthenis et a Lithwanis nomine Gostyn acquiritur fraude videlicet Conradi ducis, multorumque sanguis effusus est innoxius; in eodem mortuorum et captivorum sexcenti et amplius sunt numerati«.

Roczn. Traski MPH II 851.

Roczn. Małopolski MPH III 185. Długosz II 482. Cf. Ipat. II 891, Długosz 483.

650 *(circa 1286).*

Lithuanus (Lethowinus) quidam nomine Peluse ad fratres ordinis transfugit et christianis in terram reguli cuiusdam Lithuaniae inductis supra septuaginta Lithuaniae regulos impetu de improviso facto occidit.

Dusb. 149.

Jeroschin 519—520.

651 *(circa 1286 — 1287).*

Martinus de Golin cum sociis, postquam Lithuaniam (Lethowiam) intravit, ad fluvium, qui Bucka dicitur, venit. Quo in fluvio navem onerariam cum mercimoniis descendentem vidit. Martinus nautis trucidatis mercimonia rapuit.

Dusb. 149.

Jeroschin 520.

652 *1257.*

Ipat. II 896—897 vide s. a. 1287. Patr. X 166, Awr. XVI 56 vide s. a. 1285.

653 *Rigae (1287 ?) Februarii 5.*

Io(hannes), Rigensis archiepiscopus, varia foedera et multa bella, quae populo christiano de Livonia cum Lithuanis Troydeno (regem Lettowie, dictum Traydene) in Lithuania regnante eveniebantur, singillatim commentatur et advocato consulibusque civitatis Lubicensis declarat Helmicum et Iohannem mercatores nulla iusta ratione quidquam in Rigensibus reprehendere posse.

Hansisches Urkundenbuch I N 1015 p. 350—351.

Cf. s. a. 1275—1276.

654 *1287.*

Occisus est magister (Bulhardus Haren) cum 35 fratribus ordinis a Lithuanis.

Ann. Dunam. cod. Ronneb. ex transl. Polon. retranslati. Höhlbaum Beitrage 43.

655 *in Labiau 1287.*

Conradus de Thierberg, magister terrae Prussiae, Scalowitae (Schalawite) Girdolle eiusque fratribus 10 familias cum agris, in campo Porotowe nominato sitis, possidendas confert.

Seraphim N 520 p. 327—328.

656 *in Kniebis 1287.*

Johannes, Lithuaniae (Lethoviensis) episcopus, monasterium ord. b. Francisci in Kniebis consecrat.

Ladewig P.-Müller Th. Regesta Episcoporum Constantiensium I 1895 N 2653 p. 303.

657 *1287.*

»Dobrzinensem terram... Lithuani, Prutheni, Samagitiae caeteraeque gentiles et barbarae nationes furtivo et silenti agmine ingressae, primum principalem civitatem Dobrzin, die Dominico,... comprehendunt. Spoliata deinde et incensa civitate, trucidatis senibus et lactantibus, caeteros et in civitate et in rure comprehensos, in... captivitatem abducunt«...

Długosz II 486.



658 *1287.*

»Recentem Dobrzinensem cladem et vastationem, suas insuper veteres et transactas invasiones et iniurias, quae et Lublinensi et Sandomiriensi terris a Lithuanis, Pruthenis et Samagitis, caeterisque barbaris inferebantur, Lestko Niger... generalem expeditionem ...indicit«...

Długosz II 486.

659 *1286 (circa 1287).*

Lithuani et Samogiti (Litwa wsja i Żemotь wsja) terras Rigensium et Letthigalliam invadunt. Sine magna tamen praeda patriam revertuntur.

Ipat. II 896.

660 *1286 (circa 1287).*

Eo tempore, quo Samogiti (Żemotь) invasionem contra Theut. Rigenses perficiunt, fratres ordinis de Prussia Samogitiam invadunt et multis captivis cum magna praeda perceptis, in terram suam revertuntur.

Ipat. II 896—897.

661 *1287.*

Ipat. II 910 vide s. a. 1288.

662 *Thuregi 1288 Ianuarii 29.*

Johannes, Lithuaniae (Lethoviensis) episcopus, quasdam indulgentias ecclesiae in Zürich concedit.

Ladewig P.-Müller Th. Regesta Episcoporum Constantiensium I 1895 N 2685 p. 306.

663 *in Oberried 1288 Februarii 15.*

Iohannes, Lithuaniae (Lethoviensis) episcopus, altere ecclesiae in Oberried consecrat.

Winkelman E. Analecta Historiae Livonicae. Mitteil. aus dem Gebiete der Geschichte Liv. Est. u. Kurlands. XII 1880, 217.

664 *in Freiburg 1288 Augusti 6.*

Johannes, Lithuaniae (Lethoviensis) episcopus, altare s. Bernardi et s. Petri in Freiburg consecrat.

Ladewig P.-Müller Th. Regesta Episcoporum Constantienstum. I 1895 N 2692 p. 307.

665 *in Todtnau 1288 Septembris 8.*

Johannes, Lithuaniae (Lettoviensis) episcopus, ecclesiam in Todtnau consecrat.

Ladewig P.-Müller Th. Regesta Episcoporum Constantiensium. I 1895 N 2676 p. 305.

666 *in Freiburg 1288 Septembris 30.*

Johannes, Lithuaniae (Lectoviensis) episcopus, quasdam indulgentias ecclesiae fratrum de penitentia Jesu concedit.

Ladewig P.-Müller Th. Regesta Episcoporum Constantiensium. I 1895 N 2695 p. 307.

667 *in Labiau 1288 Septembris 30.*

Meinhardus de Querfurt, magister terrae Prussiae, homini cuidam Walgune vocato eiusque heredibus, si Lithuanorum terra (Littowen) a fratribus ord. Theut. subacta sit, 5 familias possidendas confert.

Seraphim N 529 p. 333.



668 *1287 (1288).*

In Lublin tumultus permagnus ortus est, quia Ruthenorum copiae adpropinquantes Lithuanorum (Litowьskouju) esse putabantur.

Ipat. II 910.

669 *in Freiburg 1288.*

Johannes, Lithuaniae (Lethoviensis) episcopus, ecclesiam s. Petri in Freiburg consecrat eique quasdam indulgentias concedit.

Schreiber H. Urkundenbuch d. Stadt Freiburg im Breisgau. I 1828 N 38 p. 103.

670 *in Freiburg 1288.*

Johannes, Lithuaniae (Lethoviensis) episcopus, chorum et altare ecclesiae in Freiburg consecrat eique quasdam indulgentias concedit.

Schreiber H. Urkundenbuch d. Stadt Freiburg im Breisgau. I 1828 N 39 p. 104.

671 *1288.*

»Ducissa Masoviae Sophia genere Lithuana, consors Boleslai filii Semoviti Ducis Masoviae, femina rarae pietatis et devotionis in Deum, moritur et in Ploczensi ecclesia sepelitur«.

Długosz II 492.

672 *(1288—1299).*

Meinhardus de Querfurt, magister terrae Prussiae, Sudowitae Gedete fundum, ad Mednicken in regione Wargen in Samlandia situm, possidendum confert.

Seraphim N 704 p. 440.

673 *1289.*

Mstislaus, Danielis filius, hereditate Wolodimiri mortui potitus pace cum Polonis et Germanis et Lithuanis (s Litwoju) utitur.

Ipat. II 933.

674 *(ante 7 Febr. 1289).*

Fratres ord. in Livonia et in Prussia terras Schalwen, Karsowe, Twerkiten aliasque provincias inter se dividunt.

Seraphim N 533 p. 336.

675 *Romae 1289 Februarii 7.*

Burchardus de Svanden, magister gener. ord. Theut., terrarum Schalwen, Karsowe, Twerkiten ac aliarum provinciarum divisionem inter fratres ord. in Livonia et in Prussia confirmat.

Seraphim N 533 p. 336.

676 *1289 Aprilis 23.*

...»frater Meneko... cum omni potencia pugnatorum venit... ad terram Scalowitarum et... in quodam monte supra Memelam edificavit castrum Landeshute, quod sonat in Latino custodia terre, sed nunc dicitur communiter Raganita a fluvio vicino... Non longe post edificavit castrum Scalowitarum in descensu Memele«...

Dusb. 151.

Jeroschin 523—524. Annal. Pelplin I 271 s. a. 1293. Can. Samb. I 280 s. a. 1293.

677 *1289 Iunii 6.*

Johannes, Lithuaniae (Lethoviensis) episcopus, quasdam indulgentias capellae (dom. infirmorum) in Villingen concedit.

Ladewig P.-Müller Th. Regesta Episcoporum Constantiensium I 1895 N 2721 p. 309.



678 *in Strassburg 1289 Iunii 16.*

(Johannes), Lithuaniae (Lethoviensis) episcopus, in Strassburg moratur.

Wiegand W. Urkundenbuch der Stadt Strassburg II 1886 N 158 p. 119.

679 *1289 Iulii 10.*

Henricus, episcopus Warmiensis, terras ecclesiae suae »per... litwinos, pruthenos et alios gentiles« vastari affirmat.

Cod. dipl. Warm. I NN 79—82 p. 136—146.

680 *1289.*

Lithuanorum (Litowьskii) dux »Boudikidъ« et frater eius »Boudiwid« Mstislao, Danielis filio, oppidum Wolkowysk offerunt, ut pacem secum pangat.

Ipat. II 933.

681 *(1289) »in autumno«.*

...»rex Lethowinorum cum octo milibus equitum intravit terram Sambiensem et omnia edificia et segetes cremavit... Et cum sic pertransivisset dictam terram a fine usque ad finem fere per 14 dies, iter arripuit redeundi, non tamen sine suorum gravi interitu«...

Dusb. 151—152.

Jeroschin 525.

682 *1289.*

Andreas Lithuanus, »Herdenewъ« filius, episcopus Twerensis creatur.

Woskr. VII 165, 179, 253.

Patr. X 167. Simeon. XVIII 23, 82. Lьwowsk. XX 171. Ermol. XXIII 93. Tipohr. XXIV 105. Sof. 1 V 201 s. a. 1290.

683 *1289.*

Tartari Lithuaniam (Litwy) populantur et cum magna praeda revertuntur.

Patr. X 168.

Cf. ibid. s. a. 1275, 1277, 1279, 1282.

684 *(circa 1289).*

Samogiti (Sameiten) et Semgalli fines ord. Livon. ultra Dunam patentes depopulantur.

Alnp. 253—256.

685 *(circa 1289).*

Lithuani (Lettowen) impetu in terras ordinis Livon. facto in suam terram redeunt.

Alnp. 258—259.

686 *(circa 1289).*

Atroci periculo ab equitibus ord. Livon. imminente perterrita Semigallorum pars in Lithuaniam (zu Lettowen) confugiunt.

Alnp. 260, 263.

687 *1289.*

Tipohr. XXIV 105 vide s. a. 1290.

688 *1290 Aprili.*

Magister Meneko ad castrum Colayne oppugnandum aggreditur (23 IV); quod Surminus capitaneus fortiter defendit. Falso nuntio exercitum Lithuanorum (Lethowie) accedere allato christiani cum magno terrore fugiunt navesque conscendunt. Surminus oppugnatione liberatus cum praesidio e castro excedit, quod novum impetum fratrum ordinis timet.

Dusb. 152.

Jeroschin 525—526.



689 *1290 Maio.*

Frater Erneko cum sociis navigio in mediam terram Lithuaniae (Lethowiam) proficiscitur (circa 12 Maii). Cum Colayne castro ad fluvium Memelae sito praeterveheretur, Surminus capitaneus insidias christianis parare constituit. Lithuano cuidam, Nodam nomine, linguae Polonorum perito, mandatum est, ut in ripa Memelae solus staret simularetque se miserum captivum esse atque cruciferos auxilio vocaret. Qua re facta, cum frater Erneko ei appropinquavisset, Lithuani ex insidiis subito evaserunt et fratres omnes occiderunt.

Dusb. 152—153.

Jeroschin 526.

690 *1290 Iunio.*

...»Lethowini... de confinio castri Oukaym 36 viri egredientes ausi fuerunt contra fratres de Raganita sua latrocinia exercere (25 VI)... Fratres... de Raganita... invaserunt eos (Lithuanos) in quodam campo et 25 ex eis occiderunt«.

Dusb. 153.

Jeroschin 527.

691 *(1290 aestate).*

...»Jesbuto Lethowinus cum quingentis viris preelectis intravit Poloniam et preter multa mala, que ibidem gessit, duxit secum tam hominum quam aliarum rerum magnam predam«.

Dusb. 153.

Jeroschin 527.

692 *1290 Novembris 8.*

Andreas episcopus (Lithuanus) templum Salvatoris in Twer consecrat.

Woskr. VII 179—180.

Patr. X 168. Twersk. XV 406. Simeon. XVIII 82. Tipohr. XXIV 105 s. a. 1289.

693 *(1290 Novembri ?).*

Frater Halt, ord. in Livonia magister, a magistro domus Theut. per Prussiam petit, ut in tempore se certiorem faciat, si proxima hieme »contra hostes Lettowinos videlicet de Sameyten« profecturus sit; quod si ita accidat, tum fratres ordinis in Livonia simul in »terram regis Butegeyde« invasuros esse. Praeterea Halt, quomodo se ad bellum praeparet atque armet ad iter contra Lithuanos ultra Dunam, renuntiat.

Seraphim N 568 p. 355—356.

694 *(1290).*

»Jesbuto Lethowinus« fratribus ordinis Lithuanos bellum parare nuntiat. Itaque, cum Lithuani aliquando excursionem fecissent venissentque in solitudinem inter duos fluvios scilicet Lickam et Naram, exercitus fratrum ordinis subito eos aggreditur ac cladem ingentem affert.

Dusb. 153.

Jeroschin 528.

695 *(1290 — 1291).*

Fratres ordinis Livon. ex Goldingen in Lithuanos (Lettowen) impetum faciunt eisque magnas calamitates inferunt.

Alnp. 266—269.

696 *(1290 — 1292).*

Lithuani (Lettowen) castrum Talsen obsident et diripiunt.

Alnp. 270.

697 *(1290 — 1292).*

Fratres ord. Livon. Maseke Lithuanorum (Lettowen) ducem ad flumen Schenen vincunt.

Alnp. 270—274.



698 *1291 Februario.*

...»frater Bertoldus Bruhave commendator de Kunigsbergk et plures fratres cum mille et quingentis viris transeuntes castrum Colaynam (circa 2 II) et invenientes ipsum vacuum combusserunt. Quo facto procedentes territorium Junigede rapina et incendio molestabant«...

Dusb. 154.

Jeroschin 529.

699 *1291 Aprili.*

...»Lethowini edificaverunt in... territorio Junigede castrum, vocantes ipsum eodem nomine... (22 IV); frater Bertoldus... dictam edificacionem voluit impedire, sed non valuit pre multitudine infidelium resistente...; fratres diverterunt iter suum versus castrum Mederabam... et expugnantes illud potenter..., ignis incendio funditus cremaverunt«.

Dusb. 154.

Jeroschin 529—530.

700 *Raganitae (zcu Landishute) 1291 Maii 1.*

Meinhardus de Querfurt, magister terrae Prussiae, Lithuano (dem Littown) Syrgele nomine, qui ad ordinem confugit, 10 uncos agri in campo Mynxtrym nominato in terra Wangen possidendum confert.

Seraphim N 576 p. 363.

701 *1291 Maii 2 (ante 1291 Maii 2).*

Johannes, Lithuaniae (Lotoviensis) episcopus, quasdam indulgentias ecclesiis in Lippertsreuthe et in Goldbach concesserat.

Ladewig P. — Müller Th. Regesta Episcoporum Constantiensium I 1895 N 2789 p. 316.

702 *in Wenden 1271 (1291).*

Inter magistrum ord. Livon et episcopum Curoniensem in eo, quod ad litigiosas terras pertinet, diligentissime comprobatur: »Ly-

va vero per rivum, qui dicitur Barthowe, ad Lethoviam ascendendo, et terram, quae nuncupata est Scoden per descensum, ubi Lyva intrat mare, ex utraque parte ripae superius et inferius usque rivulum, qui dicitur Hilge A, dominus episcopus et sui successores pacifice possidebunt«.

Bunge I N 543 p. 677.

703 *in Tharbato (1292?) Martii 26.*

Nuntii civitatum, in Nogardiam destinati, affirmant regem Nogardiae subiectos principes habere: »unus Dovmundus, alter Sweele, tertius Wezcele, quartus Constantin«.

Hansisches Urkundenbuch I 1876 N 1093 p. 377—379.

704 *(1292).*

...»frater Meneko magister... cum centum fratribus et magna potencia equitum territoria Gesovie et Pastovie hostiliter est ingressus, maximo incendio devastando... In recessu sequuti fuerunt Lethowini et sepius invaserunt fratres. In hac pugna Jesbuto... irruit in fratrem Henricum Zutswert«...

Dusb. 154—155.

Jeroschin 531.

705 *(1292) Iunio — (Iulio).*

Frater Henricus Zutswert cum aliis fratribus ad castrum Junigedam accedit (circa 29 VI). Clade ingenti hostibus illata territorium castri Oukaym incendio et rapina devastat.

Dusb. 155.

Jeroschin 531—532.

706 *(1292) Iulio.*

...»frater Conradus Stango commendator de Raganita cum paucis fratribus et armigeris ivit versus castrum Junigedam (circa 25 VII)... (Christiani) transeuntes... exercitum Lethowinorum, plures interfecerunt, aliquos letaliter vulneraverunt«.

Dusb. 157.

Jeroschin 535.



707 *(1292).*

...»Pucuwerus rex Lethowie... filium suum Vithenum cum magno exercitu misit versus Poloniam ad terram Bristensem... Casimirus et Lochoto duces Polonie... supplicaverunt fratri Menekoni magistro Prussie pro subsidio. Qui cum magno exercitu veniens, dum dictos infideles inciperet impugnare, prefati duces, cum omnibus suis Polonis terga verterunt. Quo viso fratres perterriti... recesserunt eciam«...

Dusb. 156.

Jeroschin 532.

708 *1292.*

Henricus Zutswert cum aliis fratribus ordinis ad fines Lithuanorum (Lethowinorum) venerat, cum subito Lithuanos insidias parare cognoscit. Itaque fratres ad suos revertuntur.

Dusb. 156.

Jeroschin 532—533.

709 *1292.*

Vetustissimae senatus Rigensis tabulae debitorum: »Johannes Swenesche tenetur Jacobo, aurifabro regis Lettowiae, 8 marc. et Jacobus Swenische 9 marc. et dimidiam«.

Bunge III N 1044b p. 189.

710 *1292.*

Dusb. 156—157 vide s. a. 1294.

711 *1293 »tempore hyemali«.*

...»magister (ord.)..., congregata omni potencia exercitus sui, venit ad castrum Junigedam et hostiliter impugnavit. Occisis pluribus duo suburbia dicti castri, unum in monte, aliud in valle, redegit in favillam«.

Dusb. 157.

Jeroschin 535—536.

712 (1293) *»hyeme«.*

Lithuanorum (Lethowinorum) rex ab armigero quodam, terra Barthensi oriundo adhortatus exercitum ad castrum Scalowitarum expugnandum misit. Atroci proelio facto Lithuani castrum capere non potuerunt et praeurbio combusto recesserunt.

Dusb. 157.

Jeroschin 536.

713 *(1293) Julii 25.*

...»frater Meneko magister..., congregata magna potencia equitum, ambo castra Lethowinorum, scilicet Junigedam et Pistam fortiter impugnavit, et occisis et vulneratis aliquibus utriusque partis,... suburbia utriusque castri funditus concremavit«.

Dusb. 158.

Jeroschin 536.

714 *1293 (1293—1294).*

Dimitrius et Andreas duces Andrea (Lithuano), episcopo de Twer, arbitro utuntur.

Nowh. 1 III 66.

Nowh. 4 IV (1) 248. Nowh. 5 IV (2) 235. Sof. 1 V 202. Woskr. VII 180. Lьwowsk. XX 171. Ermol. XXIII 94.

715 *1293.*

Annal. Pelplin. I 271, Can. Samb. I 280 vide s. a. 1289. MPH III 47 vide s. a. 1294. Wigand 454 vide s. a. 1311.

716 *1294 »tempore hyemali«.*

...»magister (ord.)... cum potencia exercitus sui volens invadere territorium Erogel, disuasum fuit ei. Unde divisit exercitum in duas partes, sic quod fratres de Raganita cum Sambitis intraverunt territorum Pastovie, alia pars processit contra territorium Gesovie, utrumque molestantes graviter per incendium«...

Dusb. 158.

Jeroschin 536—537.



717 *1292 »in die pentecostes« (1294 Iunii 6).*

Vithenus, regis Lithuaniae (Lethowie) filius, magno exercitu comparato, Poloniam invadit terramque Lancitiensem populatur[1].

Dusb. 156.

Rocznik Miechowski MPH III 883 s. a. 1295. Spominki Gnieźnieńskie. MPH III 43 s. a. 1304 Maii 17. Jeroschin 534. Długosz 520: Iunii 10. Długosz III 20—21 s. a. 1304. Ipat. II 1843, 226 s. a. 1299.

718 *1294.*

»Strages maxima facta est in militibus per Litwanos et dux Kazimirus, dux Lancicie, occiditur per eosdem«.

Rocz n. Traski MPH II 852.

Dusb. 156—157 s. a. 1292: »Casimirus dux Polonie ...cum 1800 viris sequutus est eos (Lithuanos). Quod dum perciperet Bonislaus dux Masovie... treugas inter Cristianos et infideles ad certum terminum ordinavit, infra quas dum Poloni nihil timentes diversis officiis vacarent, Lethowini rupto treugarum federe, irruerunt in eos et Casimirum ducem et totum populum peremerunt«... Jeroschin 534. Rocz n. Miechowski MPH II 883 s. a. 1295: »Kazimirus dux cum exercitu suo occiditur in Sochaczow«. Spominki Gnieźnieńskie. MPH III 41 s. a. 1304. 21 V (=1294 10 VI): »fuit bellum cum Lithwanis in Troyanow et occiditur dux Kazimurus«... Długosz II 520: Kazimirus... Quos (Lithuanos) cum in Zukow villa prope oppidum Sochaczow supra fluvium Bszura sita, secundum alios circa villam Troyanow, consecutus fuisset,... in barbaros irruit«... Rocz n. Małopolski MPH III 186. Excerpta J. Długossi MPH IV 10. Hust II 348. Rocz n. Franciszk. Krak. MPH III 47 s. a. 1293. Rodowód xiążąt polskich MPH III 283 sine anno. Kronika xiążąt polskich MPH III 542 sine anno. Długosz III 20—21 s. a. 1304.

[1]) Seraphim N 628 p. 399: 1294 Iunio. Frater G. vices gerens commendatoris terrae Culmensis nuntiat Iunii 8 »duos nuncios commendatoris de Schonense de solitudine venisse, qui dicunt, quod magnus et validus exercitus paganorum procedat versus terram Chulmensem et ob metum illorum omnes, qui sunt in terra Mazovie, fugierunt ad municiones«.

719 (1294).

...»frater Theodoricus de Esbech... cum 300 viris missi ad custodiam castri Raganite,... profecti sunt ante castrum Pistam et totum gregem pecorum receperunt, occisis multis infidelibus, 70 homines captos deduxerunt«.

D u s b. 158.

J e r o s c h i n 537.

720 (1294).

...»Bonislaus dux Masovie... Lethowinos in castro suo Wisna sepius hospitavit, admittens, quod terram Prussie et Polonie depredarent... Unde frater Meneko magister... dictum castrum expugnans, funditus extirpavit«.

Dusb. 158—159.

J e r o s c h i n 538.

721 *1295 (1294—1295) Novembris 8.*

Andreas (Lithuanus), episcopus Twerensis, Michaelem ducem matrimonio iungit.

L a w r. I 484.

S i m e o n. XVIII 83. P a t r. X 170 s. a. 1294. T w e r s k. XV 407 s. a. 1294.

722 *(1294—1300).*

...»frater Lodewicus de Libencele... navale bellum multiplex habuit, unum versus Austechiam, terram regis Lethowie, in qua villam dictam Romene... combussit... Alia bella habuit contra territorium Samethie, dictum Pograudam, ubi... omnes equites sequentes... interfecit... Idem processit contra territorium dictum Wayken, ubi... multos nobiles interfecit; ...infra sex annos... coegit omnes Lethowinos, qui supra litus Memele habitabant, a fluvio Naref usque ad terre Lamotinam, ut pacem cum Cristianis haberent«...

D u s b. 159.

J e r o s c h i n 538—539: von dem vlîze Nerge...



723 *(1294—1300).*

...»(pagani) diligebant eum (fratrem Lodewicum de Libencele) in tantum, ut ...nobiles per quos Samethia tunc regebatur, populum communem contra regem Lethowinorum provocarent, sic quod pluribus vicibus convenerunt contra regem ad bellum«...

D u s b. 159.

J e r o s c h i n 539—540.

724 *in König(sberg) 1295 Februarii 28.*

Magister Meinhardus de Querfurt Sudowitae nomini Preisinge eiusque heredibus duos uncos in campo Stautow nuncupato possidendos confert.

S e r a p h i m N 631 p. 402—403.

725 *1295 Maio.*

Fratres ordinis ad castrum Gartham profecti (20 V) villam quandam Lithuanorum (Lethowinorum) ad ripam Memelae sitam invadunt totamque devastant. Domum tamen revertentes cum advenientibus Lithuanorum copiis proelium committere coguntur. Et hoc et alio proelio circa castrum Junigedam facto christiani et pagani multos milites amiserunt.

D u s b. 160.

J e r o s c h i n 540.

726 *1295 Iunii 19.*

...»Lethowini occulte et improvise venientes ad insulam, sub castro Raganita sitam, omnes equos fratrum et pecora receperunt«...

D u s b. 160.

J e r o s c h i n 541.

727 *1295 »in autumno«.*

»(Lethowini) utriusque castri, scilicet Raganite et Scalowitarum suburbia destruxerunt«.

D u s b. 160.

J e r o s c h i n 541.

728 *1295.*

...»Bonislaus dux Masowie..., dolens de subversione castri sui Wisne, assumpto sibi Lethowinorum adjutorio, reedificavit illud«.

Dusb. 160.

Jeroschin 541.

729 *(1295).*

Fratres ordinis castrum Kymel et finitimum castrum in eadem regione expugnant et comburunt.

Dusb. 162.

Jeroschin 543—544: eine vestin nâhin gelegin bî der Mimel, dî was genamit Kimel.

730 *1295.*

»Litwani vastaverunt usque in Gnoyno«.

Roczn. Traski. MPH II 853.

Roczn. Sędziwoja MPH II 879.

731 *1295.*

MPH II 883 vide s. a 1294. Lawr. I 484 s. a. 1294 — 1295. Simeon. XVIII 83 s. a. 1294—1295.

732 *1296 »tempore hyemali«.*

...»frater Syfridus de Reibergk commendator de Balga cum multis fratribus... profectus est versus Lethowiam...; fratres transiverunt glaciem Memele et intraverunt territorium et preurbium... castri Garthe, incendio vexarunt et rapina«...

Dusb. 162.

Jeroschin 544—545.

733 *1296.*

Cum Vithenus rex magno exercitu comparato terram Livoniae intravisset, fratres ordinis de Prussia Lithuaniam (Lethowiam) invadere statuunt, ut huius regis terras vastent. Cum tamen castrum Gartham oppugnare coepissent, castri defensores ita fortiter restiterunt, ut fratres infecta re reverti cogerentur.

Dusb. 163.

Jeroschin 545.



734 *1296.*

»Litwani terram Sandomiriensem intrant et vincuntur«.

Roczn. Traski. MPH II 853.

Roczn. Małopolski MPH III 186.

735 *(1296).*

...»intravit exercitus Lethowinorum terram Colmensem et circa castrum Golubam quinque villas despoliavit, captis et occisis ibi pluribus Cristianis«.

Dusb. 163.

Jeroschin 545.

736 *1297.*

»Huius tempore« cives Rigenses cum Lithuanis (Letwinis) contra ord. Livon. foedus iciunt.

Herm. de Wartberge 54.

Cf. Bunge VI N 3068 p. 466, VII N 78 p. 61.

737 *1322 (1297—1309).*

Vithen (Vithene), rex Lithuaniae (Lethwinorum), cum Rigensibus societatem coniunctus erat.

Bunge VI N 3068 p. 466.

Cf. Herm. de Wartberge 54, Bunge VII N 78 p. 61..

738 *1298 Martii 30.*

Consules civitatis Rigensis nuntiant legatos ab Lithuanis venisse, qui dicerent Lithuanos exemplum regis Mindowe (Mindow) sequentes, baptizari et pacisci cum christianis velle.

Bunge I N 570 p. 714—715.

739 (*1298 post Martium*).

Jakow, episcopus Polocensis, ab Rigensibus petit, ut, cum sibi amicitia cum duce Witeno (s Witenemъ) sit, mercatores utriusque civitatis eodem iure utantur.

Hans. UB. I N 1278 p. 427—428.

740 *1298 Aprilis 9.*

Rigenses cum Lithuanis et Ruthenis (se loden de Rusen unde de Lettowen unde andere heydenen vele) in Neuermühlen proficiscuntur et quae ordo Livon. belli gerendi causa paravit comburunt.

Albr. v. Bardowik 314.

741 *1298 Maii 25.*

Rigenses cum exercitu Lithuanorum (mytthen Lettowen) se coniungunt, terras ordinis Livon. vastant et castrum Karkhus comburunt.

Albr. v. Bardowik 314.

Dusb. 163: »Vithenus rex Lethowinorum... castrum in Carthusen... expugnavit«. Jeroschin 546. Ann. Dunam. Reconstr. Höhlbaum Beiträge 42—43. Herm. de Wartberge II 54, 149.

742 *1298 Iunii 1.*

...»frater Bruno magister terre Lyvonie cum exercitu modico sequens ipsum (regem Vithenum)... in litore maris juxta fluvium Treyderam invasit et... occisis de parte infidelium octingentis, rex tandem prevaluit et magistrum cum 22 fratribus et 1500 cristifidelibus interfecit«.

Dusb. 163.

Albr. v. Bardowik 314—315. Ann. Dunam. Reconstr. Höhlbaum Beiträge 42—43. Jeroschin 546. Herm. de Wartberge II 55—56, 149.



743 *1298 Iunio.*

Postquam Rigenses cum Lithuanis (myt den Lettowen) castrum Bertoldsmühlen expugnaverunt, Neuermühlen oppugnare coeperunt (24 VI), sed victi sunt (29 VI), nam obsessis copiae ordinis de Prussia auxilio venerunt.

Albr. v. Bardowik 315—316.

Dusb. 164. Jeroschin 546—547. Herm. de Wartberge II 56.

744 *1298 Septembri — (Octobri).*

...»de Lethowia 140 viri tam improvise irruerunt... in oppidum Straisbergk (29 IX), quod totum populum... occiderunt... Quos frater Conradus Saccus... cum multis fratribus... sequutus ad interiora deserti, comprehendit et... omnes interfecit«...

Dusb. 164.

Jeroschin 547.

745 *1298.*

...»cives (Rigenses) in introitu sue civitatis construxerunt castrum infidelibus, quod adhuc vocatur »Castrum Letwinorum«.

Herm. de Wartberge 56.

746 *(1298).*

...»frater Cuno, commendator de Brandenburgk, cum magno exercitu agressus castra Junigedam et Pistam, eorum suburbia igne funditus destruxit«...

Dusb. 164.

Jeroschin 547—548.

747 *(1298).*

Rutheni praedae mercatoribus Theutonicorum ereptae partem Lithuanis dederunt (»una tunna cum opere et I packe; haec bona dabantur Lethowinis«).

Bunge VI N 2770 p. 63.

748 *1298.*

Nowh. 1 III 66 vide s. a. 1299.

749 *1299 Martii 4—5.*

Theutonici Pskow oppugnant, sed a Dowmonto (Domontъ) gravem cladem accipiunt.

Pskowsk. 1 IV 180—181, 182—183.

Pskowsk. 2 V 7—8, 11. Nowh. 4 IV (1) 250. Nowh. 5 IV (2) 237. Sof. 1 V 203. Woskr. VII 182. Patr. X 172. Lьwowsk. XX 172. Ermol. XXIII 95. Nowh. 1 III 66 s. a. 1298: »Zimě suszczi«.

750 *1299 Maii 20.*

Dowmont (Domontъ) in Pskow moritur.

Pskowsk. 1 IV 181, 183.

Pskowsk. 2 V 8, 11. Nowh. 1 III 67. Nowh. 2 III 130. Nowh. 4 IV (1) 251. Nowh. 5 IV (2) 237. Sof. 1 V 203. Woskr. VII 182. Lьwowsk. XX 172. Ermol. XXIII 95. Tipohr. XXIV 106.

751 *(1299 Augusto?).*

Archiepiscopus Rigensis arguit fratres ord. Theut. in Livonia iniuriarum atque damnorum, quae ecclesia ab eis accepit; inter alia memorat regem Lithuaniae (Lettoviae) cum populo suo a fide christiana descivisse »propter duritias« fratrum ordinis.

Bunge I N 584 p. 737—744

752 *(1299).*

...»sexcenti viri de Lethowia profecti sunt versus Nattangiam... et magnam partem ejus devastans per incendium et rapinam occid(erunt) ...250 homines cristianos«.

Dusb. 165.

Jeroschin 548.



753 *1299.*

Ipat. II 1843, 226 vide s. a. 1294.

754 *1300 (exeunte saec. XIII).*

Civitatis Rigensis consules, cum apud ducem de Witebsk, Michaelem, iniurias mercatoribus Rigensibus allatas queruntur, indicant copias Lithuanorum (ratь Litowьskaja) ad Witebsk adesse[1]).

Bunge VI N 3059 p. 455—458. (Hans. UB. I N 1300 p. 435—438).

755 *(ineunte saec. XIV).*

»Consuetudo ista apud Lethowinos in custodia castrorum, que sunt in terminis constituta, quasi communiter observatur. Rex eorum ordinat aliquos armigeros ad custodiam alicujus castri ad terminum unius mensis vel amplius, quo completo recedunt et alii superveniunt ad custodiam supradictam«.

Dusb. 174.

Jeroschin 571.

756 *(ineunte saec. XIV).*

Notae, quae in vetustissimo senatus Rigensis debitorum codice inveniuntur: »Notandum, quod civitas exposuit X marcas pro quodam viro, videlicet Lethwino, de Swirene redemto in Ascrade ex parte et rogatu regis Lethowiae... Item expenderunt ex parte regis Lethowiae domino Siffrido Hogheman X marcas... It. exposuerunt ex parte regis ad vestitum nuntiorum III j. marcas... It. dederunt uxori Nicolai, qui est in Lethowis, I fertonem... It. Thi. de Soldwedele exposuit pro nuntiis Leth., qui fuerunt in Dacca, XII marc«...

Bunge III N 1044a p. 179—180.

---

1) Bunge I N 576 p. 721—724: 1299 Januarii 6. Magister ord. Livon. privilegio mercatoribus Lubicensibus concesso pollicetur, se inimicitiae qualescumque inter ord. Livon. et Ruthenos vel paganos vel eorum fautores ortae sint, cives tamen Lubicenses in sua protectione futuros.

757 *1301 (1300 Iunio — Iulio).*

Andreas (Lithuanus), episcopus Twerensis, Maximum metropolitam, qui in Nowogrod profectus est, sequitur.

Lawr. I 485.

Simeon. XVIII 84 — 85. Nowh. 1, 2, 3 III 67, 181 222, Nowh. 4 IV (1) 251, Nowh. 5 IV (2) 238, Sof. V 203, Woskr. VII 183, Patr. X 173 — vide s. a. 1300.

758 *1300 »in autumno«.*

...»Lethowini... territorium Glottovie Warmiensis diocesis improvise intrantes, unam villam incendio destruxerunt... Quo intellecto, frater Waltherus Goldin... occupavit viam, quam transire debebant... et... preter tres omnes trucidavit«.

Dusb. 165.

Jeroschin 548 — 549.

759 *1300.*

...»frater Henricus de Dobin et quidam fratres... intraverunt territorium castri Oukaym et combustis sex villis, captis et occisis hominibus, recesserunt. Lethowini insequentes ipsos sepius hostiliter invaserunt, ita quod utriusque partis plures fuerunt graviter vulnerati«.

Dusb. 165.

Jeroschin 549.

760 *1300.*

Sex milia Lithuanorum (Lethowinorum) crudeliter ducatum Dobrinensem populantur. Pars hostium fluvio Driwancae transito dum terram Colmensem vastat, a fratribus ordinis cladem accipit. Qua re perterriti Lithuani fuga salutem petunt et multi in fluvio Narew submerguntur.

Dusb. 166.

Jeroschin 549.



761 *1300.*

Lithuani (Litwoju) Ruthenos terram Sandomiriensem et Lublinensem aggressos adiuvant.

Hust. II 348.

762 *(circa 1300).*

Fundatio metropolis in Lithuania: 82. Litborum eadem et Litbada dicuntur, quae sunt vicina magnae Russiae, factae sunt metropolis obtinueruntque thronum 82 per imperatorem domnum Andronikum sub sanctissimo patriarcha domno Joanne Glykys (Dulcis).

Gelzer H. Beiträge zur russischen Kirchengeschichte aus griechischen Quellen. Zeitschr. für Kirchengeschichte XIII 1892, 266. (Versio latina: Fijałek J. Średniowieczne biskupstwa kościoła wschodniego na Rusi i Litwie. Kwart. Histor. 1896, 513).

763 *1300.*

Bunge I N 591 p. 758—760 vide 1301. Bunge VI N 3059 p. 455—458 vide sub: »exeunte saec XIII«.

764 *Laterani 1301 Decembris 7.*

Bonifacius pp. VIII episcopum Revalensem admonet, ne interdictum in regno Daciae promulgatum in sua dioecesi propter Lithuanos (Lethevinos) Carelos aliosque nuper ad fidem conversos observet.

Theiner I N 200 p. 114. (Bunge I N 591 p. 758 — 760 s. a. 1300).

765 *in König(sberg) 1301 Decembris 31.*

Conradus Saccus, magister terrae Prussiae, Sudowitae nomine Catcze ad duos uncos agri, quem coluit, in villa Sudowe nominata possidendos confert.

Seraphim N 782 p. 486.

766 *1301.*

L a w r. I 485, S i m e o n. XVIII 84—85 vide s. a. 1300. D u s b. 166—167 vide s. a. 1302.

767 *1301 (1302).*

...»quidam Lethowinus dictus Drayko castrensis de Oukaym... secrete filium suum Pinnonem misit... commendatori de Raganita, supplicans,... ut ipsum a gentilitatis errore... liberaret. Qui commendator... cum exercitu processit contra castrum Oukaym..., ipsa nocte vigilia et custodia castri dicto Draykoni competebat. Unde appropinquante exercitu fratrum, portam castri secrete aperuit et fratres intrantes omnes preter unum, scilicet filium Sudargi... occiderunt«.

D u s b. 166—167.

J e r o s c h i n 559—560.

768 *1301 (1302).*

...»frater Gundramus... cum 9 armigeris sequebatur latrunculos Lethowie, qui decem homines et totidem equos spoliaverunt in districtu castri Cristburgk, et dum eos in deserto invaderet, in primo congressu quidam Lethowinus ipsum cum lancea vulneravit«...

D u s b. 167.

J e r o s c h i n 560—561.

769 *(1302).*

...»latrunculi de Lethowia 5 villas in terra Lubowie hostiliter invaserunt... Quos fratres de Cristburgk sequentes, dum venissent in solitudinem, consideraverunt in vestigiis eorum, quod divisissent se in duas turmas. Unde et ipsi se et suos in duas partes diviserunt, quarum una comprehendit turmam unam infidelium...; pauci de istis Lethowinis sani redierunt«.

D u s b. 167.

J e r o s c h i n 561.



770 *1302.*

...»inierunt milites Cracovienses et Sandomirienses Russiam, videlicet Lublin novum, quod Rutheni occupaverunt pluribus annis, expugnaverunt, deinde in paucis cum multitudine Ruthenorum et Lithwanorum ac Tartharorum pugnaverunt et... de omnibus triumphaverunt«...

R o c z n. T r a s k i. MPH II 853.

R o c z n. S ę d z i w o j a MPH II 879. R o c z n. M a ł o p. MPH III 188—189. D ł u g o s z III 10.

771 *in König(sberg) 1303 Februarii 20.*

Conradus Saccus, magister terrae Prussiae, Lithuano (dem Littowen) Gygayle nomine, qui, cum ad fidem christianam conversus esset, ad ordinem fugere est coactus, eiusque heredibus duos uncos in campo Prowenithen nuncupato possidendos confert, ea condicione, ut, si Lithuanorum terra a fratribus ordinis subacta sit, hos duos uncos reddat, proprios autem fundos, quos olim in Lithuania in terra Oukaim habuit, eodem iure possidendos recipiat.

S e r a p h i m N 791 p. 488—489.

772 *1303 Februarii 20.*

Conradus Saccus, magister terrae Prussiae, Lithuano (dem Littowen) Byeuken nomine, qui cum ad fidem christianam conversus esset, ad ordinem fugere est coactus, eiusque heredibus duos uncos in campo Pruwenithen nuncupato possidendos confert, ea condicione, ut si Lithuanorum terra a fratribus ordinis subacta sit, hos duos uncos reddat, proprios autem fundos, quos olim in Lithuania in terra Oukaym habuit, eodem iure possidendos recipiat.

S e r a p h i m N 792 p. 489.

773 *(1303) »in hyeme«.*

...»frater Conradus magister cum maximo exercitu intravit terram Carsovie et quia ductores erraverunt in via, infideles premuniti fugerunt ad tuta loca. Unde preter incendium magnum, quod fecit in edificiis, paucos homines cepit et occidit«...

D u s b. 169.

J e r o s c h i n 565.

774 *(1303).*

...»quinquaginta viri de Lethowia latrunculi intraverunt terram Lubowie..., depredaverunt multas villas... Dum autem recederent, diviserunt se in duas turmas, ad quarum unam fratres de Cristburgk venientes, interfecerunt 15 Lethowinos... Reliqua turba infidelium evasit«.

Dusb. 169—170.

Jeroschin 565.

775 *1304 Februarii 25.*

Ordo Theut. in Livonia crebris Ruthenorum et paganorum Lithuanorum (Lethowinorum) incursionibus adductus[1]) foedus ferit cum episcopis et capitulis ecclesiarum Tharbatensis et Osiliensis nec non universis vasallis regis Daciae in Estonia constitutis.

Bunge II N 608 p. 7—12.

776 *1304.*

MPH III 41, 43—44, Długosz III 20—21 vide s. a. 1294.

777 *1304 (1305) «tempore hyemali«.*

...»frater Conradus de Lichtenhagen... cum exercitu magno... eundo versus castri Garthe territorium..., licet autem non multum proficeret ibi, cum equites terre Lethowie ad dictum territorium convenerunt.

...frater Eberardus cum suo exercitu... improvise intravit territorium Lethowie dictum Pograudam et majorem partem ejus destruxit... Sed vexillum fratrum cum sibi adjunctis stetit... in monte ex opposito castri Jedemine«...

Dusb. 170—171.

Jeroschin 566—567.

[1]) Bunge II N 638 p. 67: 1303 aestate. »pagani castrum ecclesiae Rigensis, nomine Marx, crudeliter (vastant)«. Ibid. Reg. p. 16, 32. Bunge II N 614 p. 20—23: 1305 Maii 26. Fratres conventus de Dunemunde magistro et fratribus ord. Livon. dictam domum nomine Dunemunde propter crebras paganorum invasiones vendunt.



778 *1304 »in Quadragesima« (1305 Martii 7).*

...»frater Eberardus... cum ...exercitu... ivit versus castrum Oukaym, quod quidam castrensis dictus Swirtil... tradidit fratribus, qui intrantes... castrum funditus iterum destruentes... Reliqua pars exercitus intravit territorium dicti castri et... rapuit quicquid in eo reperit et incendit«.

Dusb. 171.

Jeroschin 567.

779 *1305 Martii 12.*

»Dimicatum est contra Litwinos apud Dube(na) et occisus fuit frater Iohannes de Schonenh(agen) commendator in Aschrad(is) christianitate victoriam optinente«.

Ann. Rig., Höhlbaum Beiträge 46—47.

780 *1305 Septembris 20.*

Conradus Saccus, magister terrae Prussiae, Lithuano (dem Littowen) nomine Schodo unum uncum in campo Lekelauken nuncupato possidendum confert.

Seraphim N 838 p. 527—528.

781 *1305 Septembris 20.*

Conradus Saccus, magister terrae Prussiae, Lithuano (dem Littowen) Kewden nomine eiusque heredibus unum uncum in campo Leklawken nominato possidendum confert.

Seraphim N 839 p. 528.

782 *in Freudenthal 1305 Octobris 10.*

Wenceslaus, rex Poloniae, Conrado Sack, magistro ord. Theut., scribit, ut Ulrico de Bozcovicz, capitaneo Poloniae, auxilium ad repellendos Lithuanos (Littwanos), quandam munitionem in terra Kalisiensi impugnantes, praestet.

Seraphim N 841 p. 529—530.

783 *(circa 1305—1308 ?).*

Magnus dux Michael, Iaroslai filius, se Novogrodensibus opem laturum esse pollicetur, si cum Lithuanis (съ Litwoju) bellum gerant.

Sobr. hosud. hram. i dohow. I N 8 p. 9—11.

784 *1305.*

Dusb. 171—172 vide s. a. 1306.

785 *1306 (ante Iunium ?).*

Rigenses ordini Theutonico pollicentur se proximo tempore cum Lithuanis foedus rupturos esse.

Bunge II Reg. N 714 p. 17.

786 *1305 (1306 ?) Augusto.*

Fratres ord. Theut. profecti, tres villas Lithuanorum (Lethowinorum) regis incendunt (circa 15 VIII). Cum christiani in duas partes divisi iter facerent, rex cum 1500 viris alteram partem subito agressus est clademque magnam intulit. Altera tamen equitum parte appropinquante Lithuani terga verterunt

Dusb. 171—172.

Jeroschin 567—568.

787 *1306.*

...»gentiles Litwani vastaverunt circa Kalis et Stavisszino civitates, et maximam multitudinem populi abduxerunt in Lithwaniam, innumerabilibus interfectis et crudeliter occisis per eosdem«.

Roczn. Wielkopolski MPH III 41.

Dusb. 172: ...»frater Conradus magister intelligens relacione veridica, quod de Lethowia et castro Gartha magnus exercitus versus Poloniam processisset«... Jeroschin 568. Długosz III 28. Cf. MPH III 45, 229 s. a. 1307.



788 *1306.*

...»frater Conradus magister... misit... fratres... ad expugnandum castrum predictum (Gartham). Qui... combusto preurbio cum preda... sunt reversi«.

Dusb. 172.

Jeroschin 568.

789 *(1306).*

...»frater Eberardus... cum... fratribus... castrum Gartham est aggressus...; dum fratres castrum impugnarent, castrensens, ex adverso se viriliter opponentes, exierunt ad prelium, quod diu inter eos duravit... Quandoque isti illos, aliquando illi istos represserunt«...

Dusb. 172—173.

Jeroschin 568—569.

790 *(1306).*

Cum ordo Theut. appellatione ab episcopo Rigensi facta criminaretur, quod paganos in Lithuania adiuvisset[1]) quodque prohibuisset, quominus fides christiana in illa terra propagaretur, procurator ord. argumenta adversarii refutat atque admonet cives Rigenses se cum Lithuanis (cum Lituinis Sarracenis) contra ordinem nuper coniunxisse.

Bunge II Reg. N 714 p. 15—20.

791 *(circa 1306).*

...»quidam Lethowinus de Erogel captus a rege suo, dum ad suggestionem cujusdam Rutheni, qui cum eo in carcere fuit, vovisset deo certum pondus cere pro liberacione sua, statim catene, quibus ligatus fuit, sunt confracte... et evasit«.

Dusb. 173.

Jeroschin 569.

[1]) Bunge II N 616 p. 27: Rigae 1305 Septembris 14. Fridericus, archiepiscopus Rigensis, cum papa conqueritur fratres ord. Theut. in Livonia castrum nomine Polock, »quod est in paganorum frontariam constitutum«, ad archiepiscopum autem pertinens, infidelibus dimisisse, castrum quoque aliud, Duneburg gentilibus pro trecentis marcis vendidisse.

792 *1307 »tempore hyemali«.*

...»fuit... ordinatus maximus exercitus ad vindicandam injuriam crucifixi contra gentem Lethowinorum, tamen propter teneritudinem glaciei procedere non valebat«.

Dusb. 173.

Jeroschin 570.

793 *1307 Junii 30.*

Eberhardus, episcopus Warmiensis, Clenoyse et Rexto, Lithuanis (litwinis) de novo ad fidem Christi conversis certas possessiones »in Campo quod Quoyge in pruthenica ligwa vocatur« praesentibus testibus Minchil et Scurde Lithuanis dat.

Cod. dipl. Warm. I N 139 p. 242—243.

794 *1307 Iulii 2.*

Dimicatum est contra Lithuanos ante Rigam.

Contin. Ann. Dunam. Höhlbaum Beiträge 42—43.

795 *1307 Octobris 16.*

»Lithuani terram Kalisiensem devastaverunt«.

Spominki Gnieźnieńskie MPH III 45.

Spominki mieszane MPH III 229. Długosz III 37. Cf. MPH III 41, Dusb. 172 s. a. 1306.

796 *1307.*

Lithuani Polock capiunt (Litwa wzięli Poltewsk).

(W)ielkiego xięstwa Litewskiego kronyczka krotko pisana. XVII 469.

Stryjkowski M. Kronika Polska I 1846 349: »Nalazłem też w starych Latopiszczach Ruskich, z których mam kilko exemplarzów, iż Litwa roku 1307 Połocko wzięła, ale jako i pod kim, nie pisze«.



797 *1307.*

Magister Prussiae Scalowitae Surdeike tres mansos in campo Sinthine in perpetuum possidendos concedit.

Ordensfoliant 112. Dis sint die hantfestin der Schalwyn. Mortensen G. geb. Heinrich. Beiträge zu den Nationalitäten — und Siedlungsverhältnissen von Pr. Litauen. 1927, 32.

798 *1307.*

Magister Prussiae Scalowitae Thrudite quattuor mansos in campo Waynegine in perpetuum possidendos concedit.

Ordensfoliant 112. Dis sint die hantfestin der Schalwyn. Mortensen G. geb. Heinrich. Beiträge zu den Nationatitäten — und Siedlungsverhältnissen von Pr. Litauen. 1927, 32.

799 *1307.*

Magister Prussiae Scalowitae Beytam eiusque fratri Spuduh tres mansos in campo Gigen in perpetuum possidendos concedit.

Ordensfoliant 112. Dis sint die hantfestin der Schalwyn. Mortensen G. geb. Heinrich. Beiträge zu den Nationalitäten — und Siedlungsverhältnissen von Pr. Litauen. 1927, 32.

800 *(1307).*

...»commendator de Raganita, audiens quod Carsowite cum exercitu profecti essent contra fratres de Memela, jussit fratrem Hildebrandum de Rebergk procedere ad bellum contra ipsos, qui... intravit dictam terram Carsovie et preter incendium et rapinam deduxit secum 70 homines captivos.

Dusb. 173.

Jeroschin 570.

801 *(1307—1315).*

»Ipse (frater Volz)... congregato exercitu... navigio ascendit fluvium Juram et procedens ultra ad castrum Putenickam in ortu diei occulte dormientibus castrensibus intravit suburbium et... redegit in favillam«.

Dusb. 173—174.

Jeroschin 570.

802 *(1307—1315) »in autumno«.*

...»commendator (de Raganita) cum suis fratribus et equitibus venit et dictum preurbium (castri Putenickae) iterum concremavit, captis et occisis omnibus, qui ibidem sunt reperti«.

Dusb. 174.

Jeroschin 570—571.

803 *(1307—1315 ?).*

...»factum est, quod 85 viri Lethowini completa hebdomada vicis sue, dum de custodia castri Bisene deberent recedere, frater Fridericus de Libencele... cum ...fratribus... ipsos in campo Calsheim viriliter sunt aggressi, et omnes interfecerunt«...

Dusb. 174.

Jeroschin 571.

804 *(1307—1315).*

...»quidam Lethowinus, dictus Spudo, potens in castro Putenicka... demandavit fratri Volz..., ut cum exercitu suo adveniret, ipse enim vellet ei tradere castrum predictum. Quo percepto, idem commendator cum omnibus sibi subjectis venit et illo secrete portas castri aperiente, fratres cum suis intraverunt et... ipsum cum suburbio igne apposito funditus destruxerunt«...

Dusb. 174.

Jeroschin 571.

805 *(1307—1315) »in autumno«.*

»Carsowite videntes, quod amplius fratribus resistere non possent, relictis duobus suis castris, scilicet Scroneyte et Biverwate, recesserunt que duo castra fratres postea combusserunt«...

Dusb. 174.

Jeroschin 571—572.



806 *1308 Aprilis 23.*

...»Mansto et Sudargus et alii nobiles de Samethia cum 5 milibus equitum circa castrum novum in Neria Curoniensi intraverunt terram Sambie et territoria Powundie et Rudowie incendio vastaverunt«...

Dusb. 174—175.

Jeroschin 572: 1309. Can. Samb. 282: 1309.

807 *1310 (1308).*

Wladislao, duce Poloniae, cum Lithuanis et Ruthenis bellum gerente cruciferi Gdansk occupant.

Długosz III 43.

808 *1309 Octobris 1.*

Johannes, episcopus Plocensis, civibus de Thorun, quorun possessionibus in Lozino et Obrovo sitis Lithuanorum incursio (per Lytuanos) immineat, certas libertates dat.

Seraphim N 910 p. 571—572.

809 *1309.*

»Swalegote filius regis Letovie fuit in Ly(vonia) cum magno exercitu«...

Ann. Rig. Cod. Leopol. Höhlbaum Beiträge 48.

Ibid. Ann. Rig. Cod. Ronneb: »Gwalezute filius regis Littoviae«...

810 *1309.*

Magister Prussiae Scalowitae Waystrawthe eiusque fratribus sex mansos in campo Linkone in perpetuum possidendos concedit.

Ordensfoliant 112. Dis sint die hantfestin der Schalwyn. Mortensen G. geb. Heinrich. Beiträge zu den Nationalitäten—und Siedlungsverhältnissen von Pr. Litauen. 1927, 32.

811 *1309.*

Duo instrumenta quod Rigenses noluerunt deserere Lithwinos, vel adversus illos, adhuc paganos, magistro opem ferre, quam diu ordo teneret castrum Dunemunt.

Schiemann Th. Regesten verlorener Urkunden aus dem alten livländischen Ordensarchiv, 1873 N 23 p. 6.

812 *1309.*

Can. Samb. 282, Jeroschin 572 vide s. a. 1308.

813 *Avinione 1310 Iunii 19.*

Clemens pp. V legatos, qui facinora a fratribus ordinis Theut. in Prussia et Livonia commissa inquirant, deligit. Criminabantur autem, quod iis foedus cum paganis ictum esset, quodque paganis equos et arma praeberent, castra et terras ecclesiae Rigensi ab duce Polocensi datas vendidissent paganis, denique crudelitate sua effecissent, ut rex ad fidem christianam conversus rursus paganus fieret, quam ob rem fides christiana in Lithuania (Lethoviensis) in ruinas acta esset[1]).

Theiner I N 204 p. 119—122.

814 *1310.*

»Rex Viten obsedit Ropam et in hyeme sequenti occisi sunt in Riga Plyke et Surkante«.

Ann. Rig., Höhlbaum Beiträge 48—49.

815 *1310.*

Długosz III 43 vide s. a. 1308. Annal. Thorun. Script. rer. pruss. III 64 vide s. a. 1311.

---

1) Bunge II N 638 p. 64—65.



816 *1311 Februarii 23.*

...»Vithenus rex Lethowie cum maximo exercitu Sambiam et Nattangiam incendio et rapina vexavit, multos homines occidit et fere quingentos cum magno spolio secum duxit«...

Dusb. 175.

Jeroschin 572—573. Wigand 454—455.

817 *(1311 Februario — Martio).*

...»Statim post recessum regis (Lethowie)... frater Fridericus de Wildenbergk... cum magno exercitu incedens per eandem viam, per quam dictus rex precesserat,... intravit territorium Pograude et magnam stragem fecit in populo, occidendo et rapiendo«.

Dusb. 175.

Jeroschin 573.

818 *(1311).*

...»frater Otto de Bergo... cum 400 equitibus de Nattangia iverunt versus castrum Gartham et cum venissent ad paludem, cujus fluvius dicitur Biber, ductores exercitus sui duobus diebus erraverunt in via... Unde... fratres intraverunt territorium Garthe, occidentes et capientes multos homines, et dum cum magno spolio redirent, occurrerunt eis quidam Lethowini, qui lassi substiterant de... exercitu regis (Vitheni), quorum duos eciam occiderunt«.

Dusb. 175—176.

Jeroschin 573—574.

819 *(1311) Aprili.*

Vithenus, Lithuanorum (Lethowinorum) rex, terram Prussiae intrat (3 IV) et episcopatum Warmiensem depopulatur. Cum in solitudinem ad terram Barthensem in campum, qui Woyploc vocatur, venisset, proelio acri cum fratribus ordinis commisso cladem accipit (6 IV).

Dusb. 176—177.

Jeroschin 574—579: Woplaukin. Dirre lobelîche strît geschach in des Aprillen zît, dô man pflac lesin sus des mândin achte idus (6 IV); daz was dî mittewoche in der martirwoche... (7 IV). Can. Samb. I 282: »A rege Litwinorum Witene Sambia et Natan-

gia devastatur bis et in secunda vastacione (7 IV)... fratres cum eis congressi sunt in campo Lopelauken, tria milia Litwinorum occiderunt«. Ibid. p. 285: »Fuit bellum Prusie (4 IV)... circa Bardenburg«... Chronica Olivensis MPH VI 320. Ann. Rig. cod. Leopol. Höhlbaum Beiträge 48: »(in) ebdomat(e) palmarum«. Ibid. 49 Ann. Rig. cod. Ronneb. ex tr. Pol. retransl.: »in dominica palmarum (4 IV)«. Wigand. 456: »Rex Wytan venit in Papilouken«... Annal. Thorun. Script. rer. pruss. III 64: s. a. 1310 »Lituani fuerunt occisi (7 IV)«.

820 *(1311) »in estate«.*

...»Gevehardus de Mansfelt commendator de Brandenburgk et multi fratres... equitaverunt ad territorium Pograude et... interfecerunt multos homines et ceperunt... Mansto autem Masio et Sudargus et alii nobiles, videntes eorum presumptuosam audaciam..., a persecucione fratrum cessaverunt«.

Dusb. 177.

Jeroschin 579.

821 *(1311).*

Fratres ordinis Lithuanum quendam captivum, regis Lithuaniae (Lethowinorum) camerarium, dimittunt ea condicione, ut castri Garthae expugnandi facultatem det. A quo tamen rex de fratrum consilio certior factus magno exercitu coacto circa Gartham hostes expectat. Christiani periculo cognito revertuntur.

Dusb. 177.

Jeroschin 579—580.

822 *(1311) aestate.*

...»frater Henricus commendator... cum valido exercitu... direxerunt viam suam versus Lethowiam (per Gartham) ad territorium dictum Salsenickam...; fratres... transiverunt Memelam et... intraverunt dictum territorium (2 VII)..., vastantes undique per incendium et rapinam, et... cum preda maxima... recesserunt«.

Dusb. 178.

Jeroschin 580—581.



823 *1293 (1311).*

...»preceptores concorditer elegerunt in magistrum Pruszie Karolum de Tyr nobilem, qui multa strenuitatate contra paganos et Lithwanos pugnavit«.

Wigand II 454.

824 *1323 (circa 1311—1312).*

...»rex Viten misit litteras suas domino legato Francisco et domino archiepiscopo Frederico, rogans, ut sibi duos fratres de ordine minorum fratrum mitterent, assignans eis locum et ecclesiam iam constructam. Hoc intelligentes fratres Prusciae de domo Theutonica, miserunt exercitum per devia et praedictam ecclesiam igne succenderunt«.

Bunge II N 687 p. 140—141.

825 *(post 1311).*

»Post breve intervallum facte sunt treuge, et rex (Wytan) ait preceptoribus: unus e vobis, cuius caput ferreum fuit, molestavit me, quem libens adhuc viderem. Magister quoque destinavit ei eum Tusemer dictum, cui rex: tuo acuto gladio me quasi interfecisses; et ait: sic factum fuisset, si mei expectassetis«.

Wigand II 456—457.

826 *(1311—1347).*

...»nil notabilis mali in terra (Prussiae) factum est per Letwinos«.

Chronica Olivensis MPH VI 320.

827 *1311.*

Długosz III 62—67 vide s. a. 1310.

828 *in Wormdit 1312 Februarii 11.*

Eberhardus, episcopus Warmiensis, Iohanni Matruto Pruthena privilegium per insultum Lithuanorum (litwinorum) deperditum, confirmat.

Cod. dipl. Warm. I N 164 p. 285.

829 *1312 Martii 20.*

Archiepiscopus Rigensis querimoniam contra ordinem Theut. defert. Frater Henricus, prior monasterii in Falkenau, testandi causa confitetur patrem suum ante triginta annos ab archiepiscopo Rigensi missum esse ad regem Lithuanorum (Latvinorum) regisque verba fuisse, ideo se ad fidem converti noluisse, quia exemplum Semigallorum timuisset, ne videlicet fratres facerent talia sibi et suis, qualia illis de Semigallia fecissent.

Bunge II N 638 p. 63—70.

Vide: Ibid. Reg. N 737 p. 28—32.

830 *1312.*

Magister Prussiae Scalowitae Nawalde eiusque fratri Schwen quattuor mansos in campo Sassow in perpetuum possidendos concedit.

Ordensfoliant 112. Dis sint die hantfestin der Schalwyn. Mortensen G. geb. Heinrich. Beiträge zu den Nationalitäten — und Siedlungsverhältnissen von Pr. Litauen. 1927, 32.

831 *1312.*

Can. Samb. 280 vide s. a. 1313.

832 *in Braunsberg 1313 Martii 12.*

Eberhardus, episcopus Warmiensis, Iohanni dicto Doberin in territorio et districtu Glottoviae, »ubi propter sui distanciam nullus adhuc locator se recepit Theutonicus« 90 mansos in campo Wene pruthenice dicto dat et »si... aliquis insultus littwinorum emergeret (emergat)« eos adiuvare cupit.

Cod. dipl. Warm. I N 167 p. 290—292.

833 *(1313) Aprilis 8—23.*

Expeditio cruciferorum contra Lithuanos.

W. Kętrzyński. 30 doc. eccl. Ploc. N 26 p. 51—52.



834 *1313 Aprilis 15.*

...»frater Karolus magister... edificavit castrum Cristmemelam in litore Memele supra Raganitam ultra sex leucas. Tanta fuit ibidem multitudo navium, quod factus fuit pons super Memelam de ipsis, quem quilibet sine periculo poterat pertransire usque ad litus infidelium, de quo ponte Lethowini... ammirabantur«.

Dusb. 178.

Can. Samb. 285: 8—22 IV. Jeroschin 581. Can. Samb. 280 s. a. 1312. Cf. W. Kętrzyński 30 doc. eccl. Ploc. N 26 p. 51—52.

835 *in Malborg 1313 Maii 9.*

Carolus de Trevir, magister gener. ord. Theut., Iohanni, episcopo Plocensi, nuntiat, expeditionem, quae »nuper« ab 8 ad 23 aprilis (1313) contra Lithuanos (in terra... Lytwanorum) suscepta erat, prospere confectam castrumque Kyrsmemel conditum esse.

W. Kętrzyński. 30 doc. eccl. Ploc. N 26 p. 51—52.

836 *»iuxta villam Wosele« 1313 Maii 15.*

Revaliensis Osiliensisque episcopi, Revaliensis capitaneus et universi regis Daciae vasalli ad magistrum et fratres ord. Theut. in Livonia mittunt legatos, qui magistrum atque fratres adhortentur, ut pacem aeternam cum civibus Rigensibus pangant eosque in periculo adiuvent Lithuanisque etiam tum »in civitate Rigensi vel circa pro praesidio civium existentes cum omni securitate ad propria remeare« uti permittant, si iidem Lithuani (Lethowini) pacifice redire velint, neque fratribus neque aliis christianis ullum damnum inferentes.

Bunge II N 644 p. 78—81.

837 *»iuxta villam Wosele« 1313 Maii 15.*

Iidem impellunt Rigenses ad pacem cum ordine Theut. pangendam. Lithuani commemorantur. (vid. Ibid. N 644 p. 79).

Bunge II N 654 p. 81.

838 *(1313) »in estate«.*

»frater Henricus de Plocz... totum robur exercitus sui congregavit, et dum appropinquaret castro Bisene, equites sui in ortu diei ipsum castrum obsederunt, hii autem, qui navigio venerant, facto ponte cum navibus suis ab insula vicina per Mamelam,... per longum tempus fortissime impugnaverunt, licet non proficerent«.

Dusb. 179.

Jeroschin 582.

839 *1313.*

...»castrum Dunemborg a Litwinis devastatum reaedificatum«...

Ann. Dunam. Cod. Ronneb. ex transl. Polon. retransl. Höhlbaum Beiträge 45.

Herm. de Wartberge 56—57: ...»Duneborch, quod demolitum fuit a fratribus, ut dominus Iohannes de Uxkul miles a paganismo eriperetur, qui captus fuit a Letwinis in castro Gertzeke«.

840 *(1313).*

...»frater Wernerus... fecit sibi edificari navem bellicam cum meniis et plures naves alias. Cum quibus dum venisset ad impugnandum castrum Junigedam, ventus validus irruens in navem, violenter dejecit eam ad litus. Quo viso castrenses armata manu invaserunt navem... In qua pugna Lethowini plures interfecti fuerunt«...

Dusb. 179.

Jeroschin 582.

841 *(1313).*

Lithuanorum (Lethowinorum) rex Surminum cum centum navigiis mittit, ut magnam navem bellicam, quae christianis in Memela erat, deleat. Acri proelio, quo multi Lithuani, in his Surmini germanus Scoldo (Scoldone), occiderunt, commisso pagani navem comburunt.

Dusb. 179—180.

Jeroschin 582—583.



842 *(1313) »in autumno«.*

...»frater Henricus marscalcus cum fratribus... impugnavit castrum Bisenam, et post longam impugnacionem... ambo ipsius suburbia ignis incendio devastavit«.

Dusb. 180.

Jeroschin 583.

843 *1314 post Ianuarii 1.*

...»frater Henricus marscalcus cum fratribus..., dum veniret circa territorium Medenickam, quidam Lethowini... tentoria ejus intrantes, 4 viros occiderunt... Sequenti... die (christiani) dictum territorium potenter intraverunt et... vastaverunt incendio et rapina«...

Dusb. 180.

Jeroschin 583—584.

844 *1314 circa Februarii 2.*

»...frater Henricus marscalcus cum omni potencia exercitus sui venit ad territorium Medenickam iterum et castrum ibidem dictum Sisditen impugnavit... et in hac pugna... de parte Lethowinorum germanus Masini et 18 alii ceciderunt interfecti«...

Dusb. 180.

Jeroschin 584.

845 *1314 »in mense Septembri«.*

Frater Henricus magno cum exercitu ad terram »Criwicie« venit et civitatem quae »parva Nogardia« dicitur, vastat. Castrum tamen expugnare christiani non potuerunt. Redeuntes famem extremam sustentaverunt, quoniam David, castellanus de Gartha, cibum omnem, quem paraverant, deduxit.

Dusb. 180—181.

Can. Samb. 282, 285. Jeroschin 584—586.

846 *(1315) »post palmarum«.*

...»castrum quoddam Bison fuerat crematum Litwanorum, et Litwanis fuerant multa dampna illata a Tartaris«.

Can. Samb. 285—286.

847 *1315 (vere).*

Andreas (Lithuanus) episcopatu Twerensi se abdicat.

W o s k r. VII 187.

P a t r. X 179. S i m e o n. XVIII 88. L ь w o w s k. XX 174. E r m o l. XXIII 98. T i p o h r. XXIV 107. T w e r s k. XV 408 s. a. 1316 Martii 28.

848 *1315 circa Augusti 15.*

...»Lethowini de Samethia... venerunt... ad castrum Raganitam et impugnaverunt illud... Tandem cum Lethowini in hac impugnacione non proficerent,... destructis in agro utriusque castri, scilicet Scalowitarum et Raganite, segetibus, recesserunt«.

D u s b. 181.

J e r o s c h i n 586.

849 *(1315) Septembris 8.*

(Cruciferi) »exiverunt in expedicionem et cremabant cujusdam castri antemurale Jungeten«.

C a n. S a m b. 286.

850 *1315 »mense Septembri«.*
*(Septembri — Octobri).*

...»Vithenus rex Lethowinorum, congregatis omnibus de regno suo, qui ad bellum apti fuerunt, obsedit Cristmemelam et per 17 dies cum duabus machinis et multis sagittariis ex omni parte... (frustra) impugnavit«.

D u s b. 181—182.

C a n. S a m b. 286: Litwani cum tota sua potestate circumvallabant castrum Cristimemele (25 IX)... Tandem fratres... contra eos habebant navale bellum et exiverunt postea Kunnigisberg cum magno exercitu (12 X), sed antequam ibi venirent, (11 X) recesserunt«. J e r o s c h i n 586—587.



851 *(1315 Octobri).*

...»frater Karolus magister generalis... navigio venit noctis tempore ad castrum Junigedam;... (christiani) intrantes suburbium ejus..., funditus per incendium destruxerunt. Deinde processerunt Cristmemelam et quidquid Lethowini ibidem destruxerant, refecerunt«.

D u s b. 182.

C a n. S a m b. 286: ...»exercitus fratrum processit ante castrum Wilhun. Ibi invenerunt reedificatum suburbium, quod prius cremabant. Hoc iterum... cremabant... et in reversione suburbium, quod fratres in adventu Litwanorum Christmemele cremabant, reficiebant«... J e r o s c h i n 587.

852 *1315.*

Magna fames fuit in Livonia, Lithuania et Russia, quod matres carne filiorum suorum vescebantur.

A n n. D u n a m. c o d. R o n n e b. e x t r a n s l. P o l o n. r e t r a n s l a t i. Höhlbaum Beiträge 45.

853 *1315.*

...»cum ex Kakenhusen sponsa quedam post nuptias ducenda esset ad edes mariti cum magno comitatu et apparatu, exercitus Letwinorum, qui clam terram intraverat, didicit a quodam viro de eadem civitate eductionem sponse. Positis insidiis in silva cives egredientes cum sponsa inopinate invaserunt et ceperunt virgines, matronas«.

H e r m. d e W a r t b e r g e 58.

## SUPPLEMENTUM

1 (186 a) *1241.*

W o s k r. VII 149, P a t r. X 119, 125, T w e r s k. XV 381—vide s. a. 1240 — 1241.

2 (443 a) *1265 Iulii 27.*

Anno, magister ord. Theut., ecclesiam in Germar, »quam... frater Kristanus Lithowiensis episcopus tempore vite sue possidere dinoscitur, ad vacacionem ipsius sive eo resignante sive decedente« a plebano civitatis in Mühlhausen administrandam decrevit.

H e r q u e t K. U r k u n d e n b u c h d e r R e i c h s s t a d t M ü h l h a u s e n i n T h ü r i n g e n. 1874 N 170 p. 63 — 64.

3 (457 a) *Moguntiae 1267 Aprilis 15.*

Christianus, Lithuaniae (Licovie) episcopus, quasdam indulgentias capellae s. Catharinae in Frankfurt concedit.

B ö h m e r J.-W i l l C. R e g e s t e n z u r G e s c h i c h t e d e r M a i n z e r E r z b i s c h ö f e. II 1886 N 179 p. 370.

4 (478 a) *Moguntiae 1269 Julii 3.*

...»dedicavit hoc altare (in ecclesia cathedrali Moguntiae) Christianus Theutonici ordinis episcopus (episcopus Lithuaniae)«...

H e r q u e t. N a c h t r ä g e z u d e r G e s c h i c h t e d e s B i s c h o f s K r i s t a n v o n S a m l a n d. Altpreuss. Monatschr. XII 1875, 572.

5 (509 a) *1274 Octobris 21.*

Johannes, Lithuaniae (Letoviensis) episcopus, quasdam indulgentias ecclesiae s. Georgii in Mergentheim concedit.

Ladewig P.-Müller Th. Regesta Episcoporum Constantiensium I 1895 N 2367 p. 273.

6 (697 a) *1290.*

Sof. I V 201 vide s. a. 1289.

Uniwersytet Warszawski BIBLIOTEKA Wydz. Hum. Filia w Białymstoku
75886



# ADDITAMENTUM

Diplomata ad historiam Lithuaniae usque ad a. 1315 spectantia:

NN: 165, 167, 168, 174, 184, 191, 196, 200, 204, 205, 206, 207, 213, 230, 241, 247, 248, 249, 250, 251, 252, 253, 256, 267, 268, 269, 270, 271, 272, 273, 280, 281, 282, 284, 285, 286, 288, 289, 290, 291, 292, 293, 294, 295, 296, 305, 306, 307, 308, 309, 313, 314, 322, 327, 328, 329, 330, 331, 332, 333, 334, 337, 338, 339, 340, 341, 342, 343, 346, 347, 349, 355, 361, 362, 370, 373, 374, 377, 378, 379, 385, 387, 391, 392, 404, 407, 417, 420, 426, 427, 431, 432, 443, 450, 460, 467, 468, 469, 470, 471, 475, 476, 477, 489, 498, 499, 518, 519, 526, 527, 530, 535, 549, 550, 562, 574, 576, 584, 585, 590, 591, 596, 599, 601, 606, 607, 608, 609, 619, 622, 623, 625, 626, 627, 629, 637, 638, 639, 640, 641, 642, 653, 655, 656, 662, 663, 664, 665, 666, 667, 669, 670, 672, 674, 675, 677, 678, 679, 693, 700, 701, 702, 703, 709, 724, 737, 738, 739, 747, 751, 754, 756, 762, 764, 765, 771, 772, 775, 780, 781, 782, 783, 785, 790, 793, 797, 798, 799, 808, 810, 811, 813, 824, 828, 829, 830, 832, 833, 836, 837. Suppl. 2 (443a), 3 (457a), 5 (509a).

# CORRIGENDA

| *N.* | *pag.* | *pro* | *legendum est* |
|---|---|---|---|
| 48 | 10 | solitudinem | solitudinum |
| 54 | 12 | Ipat. II 702 | Ipat. II 702, 813, 835 — 836. |
| 154 | 30 | Lawr. I 510 | Lawr. 1 448, 510, Nowh. 1 III 42, Sof. 1 V 207 etc. |
| 159 | 31 | lagatus | legatus |
| 189 | 37 | accepit | accipit |
| 195 | 39 | duco | duce |
| 205 | 41 | Ludguni | Lugduni |
| 225 | 45 | Michaelis | Michael |
| 360 | 72 | Ipat. II 838, 839 — 840 | Ipat. II 838, 839, 840. |
| 387 | 77 | | Cf. Fontes rerum bohemicarum V 153. |
| 393 | 79 | Mendplphus | Mendolphus |
| 425 | 86 | se cum | secum |
| 433 | 88 | se nomen | ne nomen |
| 442 | 90 | Woskr VII 164 | Woskr. VII 164, MPH II 808, III 133, 363. |
| 515 | 105 | | Hust. II 345 vide s. a. 1277—1278. |
| 545 | 112 | In loca... circumiacentia | In locis... circumiacentibus |
| 559 | 115 | Alnp. 190 — 195 | Alnp. 190—195, Herm. de Wartberge 48—49. |
| 565 | 116 | at | et |
| 593 | 121 | pecore | pecora |
| 646 | 132 | Comtures | Commendatores |
| 648 | 133 | prificiscitur | proficiscitur |
| 652 | 133 | 1257 | 1286 |
| 657 | 134 | Samagitiae | Samagitae |
| 663 | 136 | altere | altare |
| 664 | 136 | Constantienstum | Constantiensium |
| 679 | 139 | suac | suae |
| 717 | 147 | Długosz 520 | Długosz II 520 |
| 737 | 151 | societatem | societate |
| 752 | 154 | devastans | devastan(tes) |
| 754 | 155 | se inimicitiae | si inimicitiae |
| 776 | 160 | | Dusb. 170—171 vide s. a. 1305. |
| 808 | 167 | quorun | quorum |
| 823 | 171 | strenuitatate | strenuitate |

WYKONANO W DRUKARNI KASY IM. MIANOWSKIEGO W WARSZAWIE, PAŁAC STASZICA